This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

PUBLICATIONS
OF THE
CAXTON SOCIETY

Br 73.2.4

Harvard College Library

FROM THE BEQUEST OF

GEORGE FRANCIS PARKMAN

(Class of 1844)

OF BOSTON

A fund of $25,000, established in 1909, the Income of which is used

"For the purchase of books for the Library"

PUBLICATIONS
OF THE
CAXTON SOCIETY.

1. CHRONICON HENRICI DE SILEGRAVE.

Remerciements de Silvia

CHRONICON HENRICI DE SILEGRAVE.

A CHRONICLE

OF

ENGLISH HISTORY,

FROM THE EARLIEST PERIOD

TO A. D. 1274,

BY

HENRY OF SILEGRAVE.

NOW FIRST PUBLISHED FROM THE COTTON MS

BY C. HOOK.

LONDON:

PRINTED FOR THE CAXTON SOCIETY,

1849.

Br 73.2.4
★

HARVARD COLLEGE
JUN 15 1914
LIBRARY.
G. F. PARKMAN FUND

PREFACE.

THE short CHRONICLE, published for the first time in this volume, is found in a manuscript preserved in the British Museum [COTTON, Cleopatra, A, XII.], and bears the name of HENRY OF SILGRAVE as its author. Nothing more is known of him; but we may safely pronounce him to have been one of those numerous monks, who employed themselves, during the middle ages, in historical and other literary pursuits. It is probable that he is the same person who is mentioned by ELIAS OF TRICKINGHAM in his Annals (p. 45), as having been abbat of Ramsay, and who died in 1268; in this case the latter part of the Chronicle, which extends to 1274, must have been added by another hand.

The surname of Silgrave was, no doubt, taken from the place of his birth, which was perhaps Sulgrave in Northamptonshire; at least I can find no other place

similar to the surname "Silegrave" by which he is designated in the Cotton Manuscript.

The contents of this book, as enumerated in the beginning of the manuscript, together with the initial words of each part, are as follows;

Henricus de Silegrave scripsit Chronicon Angliæ; in quo continentur,

I. De primo adventu Anglorum in Angliam. Pr. "De primis Germaniæ populis."

II. De divisione Angliæ in VII regna. Pr. "Primum igitur erat regnum."

III. De regibus Anglorum ad Henricum III. Pr. "Dominabantur ergo reges."

IV. Nomina Pontificum Cantuariensis ecclesiæ. Pr. "Augustinus, Laurentius."

V. Descriptio Angliæ per comitatus. Pr. "Cantia, Suthsexia, Suthreya."

VI. De nominibus domuum religiosarum cum earum ordinibus etc. in Scotia et Wallia. Pr. "Archiepiscopatus Cantuariensis, S. Trinitatis monachi nigri."

The last three of these articles, being nothing but lists of names, and containing no new information, are omitted in this edition.

In lieu of them are inserted four short historical tracts, on the one hand of no great importance, but on the other hand so short, that they add but very little to the bulk of this slender volume.

The first of these is CHRONICON BREVE REGUM FRANCIÆ

BONONIENSE AB A. D. 548 USQUE AD A. D. 823. It is found in a MS. of the 12th century: belonging to the Public library of Boulogne in France, and was transcribed thence by a friend who noticed in it a curious statement concerning Ardwolf, king of Northumberland.

The CHRONOLOGIA BREVISSIMA which follows is found in More's MS. of Bede's Ecclesiastical History. It is printed in some editions of that work, and is valuable on account of the great antiquity of the MS., in which it occurs.

The next article, CATALOGUS PONTIFICUM ROMANORUM, is from a MS. [No 319, 1], preserved in the Public library of Bruges in West Flanders. It is unnecessary to say that for the first two or three hundred years of the Christian era the bishops of Rome were not called Popes, and were, in fact, very obscure and unimportant persons.

It is next to an impossibility, and would be of little practical utility, were it possible, to ascertain the order in which these obscure bishops succeeded to their episcopal office; but in later times they acquired an influence, which renders it imperative to study their history. The list, which we now give, ending with Alexander IV, shows the age of the MS. in which it is found. There is a note, in modern writing, at the end of the catalogue, "Alexander IV de 1254 à 1261," and at the end of the volume are the usual words of anathema against any one who should steal the book.

Liber sanctæ Mariæ de Tholan, quem siquis abstulerit vel folium ex eo detruncaverit, anathema sit, nisi condigna satisfactione pœnituerit.

The EXCERPTA EX HISTORIA ANGLORUM [H] occurs in a MS. given by the late Mr Douce to the Bodleian library, [Douce, no 287, fol. 103] and written about the year 1200. This little tract furnishes a nice synopsis of many events and curiosities in early English History. The H. affixed to the title is supposed to denote Henry of Huntingdon, well known to the student of English History. There is not much to be gleaned from it; nor, on the other hand, is it necessary to make an apology for inserting so short a tract, for it only occupies a few pages which would otherwise have been blank.

4 SOUTHAMPTON STREET, CAMDEN TOWN. C. HOOK.

LIBER

HENRICI DE SILEGRAVE.

In eo continentur in volumine isto :

I. De primo adventu Anglorum in Angliam.
II. Quomodo partita fuit Anglia per VII regna.
III. De regibus Angliæ qui monarchi dicebantur, usque ad regem Henricum.
IV. Descriptio Angliæ per comitatus, et de domibus religiosis in ea contentis.

I.

De primo adventu anglorum in britanniam.

De tribus Germaniæ populis venerunt Angli, videlicet de Saxonibus, de Anglis, deque Jutis ;* scilicet, ut de regibus Angliæ veteranum et tutum habeamus exordium, sicut Æneam diximus exordium Britonum, sic et hic in gestis regum Angliæ, quendam Woden, ut legimus in codicibus plurimis, in Germania natum, cum uxore Frea nomine, faciemus.

Erat iste Woden in Germania, uxorem habens nomine Fream, qui tantæ erat virtutis et gratiæ, ut eum homines idiotæ Deum æstimarent ; eique dedicaverunt feriam quartam, quam *Wodensdey* vocant, et uxori ejus feriam sextam, dicentes eam paterna lingua *Freadey.* Eundem quoque Woden Latini nominant Mercurium, eidem similiter feriam quartam assignantes. Iste Woden habuit septem filios et forsitan plures ; de quibus tota populi multitudo procreata

* From this German tribe the peninsula of Jutland received its name.

est; ita ut ex eis Germania, Saxonia, Longobardia,† Normannia, Anglia, et aliæ quamplures provinciæ replerentur. Primus filius Wenta vocabatur, a quo processerunt Juti; ex quibus originem traxerunt Cantuaritæ, Wintonienses, ‡ et ii, qui Wichtam ¶ incolunt insulam; filius secundus Casere vocatus est; tertius Wetelgeat nominabatur: a quibus nati sunt Angli Orientales, Mediterranei, Mercii, et tota Northanimbrorum progenies. Quartus filius Weagdeag; quintus, Bealdeag; sextus, Wilgles; septimus, Wicta; de quibus orti sunt Saxones, et de his Orientales Saxones, et Occidentales, et Meridiani. Hi quoque, quum in Anglia conjunctis Britonibus radicati essent et fundati, diviserunt Angliam in triginta quatuor sciras, quas nos dicimus *Comitatus.*

In quot regna quondam dividebatur Anglia.

Primum igitur erat regnum Cantuariorum; secundum erat regnum West-Saxonum; tertium, Northanimbrorum; quartum, Merciorum; quintum et sextum, Est-Saxonum et Orientalium Anglorum; Suthsexia quoque aliquot proprios habuit reges. Deletum est itaque nomen Britanniæ; et ab Anglis Anglia nuncupatur.

De regibus Cantiæ.

Dominabantur ergo reges Cantuariorum proprie in Cantia, eo quod propter eminentem provinciæ illius dignita-

† Several countries and states were formerly comprehended under this name, viz; Piedmont, Milan, Montserrat, Mantua, Modena, Parma, much of the territory of Venice, and Bononia.

‡ The people of Hampshire. From this Wenta, the eldest son of Woden, the city, now called Winchester, the Capital of the West Saxons, is said to have derived its British name; by the Romans it was denominated Venta Belgarum, by way of distinction from the Venta Icenorum, Norwich, and the Venta Silurum, Bristow, or as some will have it, Caerwent, Civitas Ventæ, in Monmouthshire.

¶ Vectis, the isle of Wight.

tem, simul et populositatem, universalis Britanniæ regibus et regnis dominari solebant. In hac itaque provincia Cantiæ archiepiscopus Cantuariorum et episcopus Roffensis sunt; et sic reges provinciarum Britanniæ, temporibus pacatis, regum Cantiæ ditionibus parebant. Sic processu temporis Ecclesiarum prælati* Cantuariorum archiepiscopi ditioni parebant. Cantiani primores ab antiquo obtinent acies in Anglicani exercitus expeditione.‖ Archiepiscopus item et Ecclesia Cantuariorum ab adventu Augustini per totam Angliam obtinent primatum in Anglicanæ ecclesiæ gubernatione; et hoc ex institutione beati Gregorii episcopi et gloriosi regis Ethelberti, qui ex regibus Anglicis primus Christianitatem suscepit.

De nominibus regum Cantianorum.

Nunc autem de nominibus regum dicendum est, cum aliquibus eorum factis digne, sed brevi, memorandis. Ac primo de Cantianis regibus propter eorum eminentiæ prærogativam dicendum est. Primus igitur, ex Saxonibus, Cantuariorum rex fuit

I. Hengistus, qui cum fratre suo, Horso nomine, et sociis pluribus a rege Vortigerno in Britanniam invitatus, ex dono regio, primo Tanatos insulam, et deinde, quum suæ probitate militiæ regem a Scotis et Pictis protegerent, propulsato quodam regulo Sworongs nomine, totam Cantiam susceperunt regendam; filiamque suam Vortigerno dedit lege matrimonii copulandam. Erant autem isti filii Witilgli, cujus pater Wicta, cujus pater Wetta, cujus pater Woden. De cujus stirpe multarum provinciarum regium genus originem duxit. Confirmato autem in Cantia

* "Prælati ecclesiæ vocantur, nedum superiores, ut episcopi, sed etiam inferiores, ut archidiaconi, presbyteri, plebani, et rectores ecclesiarum." Spelman's gloss.

‖ This privilege of forming the van of the English armies, was asserted by the Kentish men for many centuries, the origin of which we find here explained.

regno, fratrem et filium misit in aquilonares Britanniæ partes, qui in Northumbria plurimam agrorum portionem susceperunt, ut ab oriente simul et occidente viriliter hostes a rege repellerent. Verum quum Angli et Saxones Vortimerum regis Vortigerni filium unicum haberent æmulum, quater cum eodem prælium commiserunt, et tandem Horsus occisus est; et Vortimerus non multo post periit. Hengistus igitur, fratre destitutus, quum esset acer ingenio et alacer in prælio, de compatriotis suis armatorum copiam primo in octo et decem navibus, deinde in trecentis navibus in Britanniam vocavit; fraudeque suborta regem Vortigernum cum trecentis nobilioribus Britonum invitat ad prandium, vel, ut Galfredus asserit, ad colloquium; datoque signo, quum incaluissent mero, litesque consererent, Britones a Saxonibus perierunt. Rex etiam captus est; sed datis tribus provinciis, libertatem redemit et vitam. Sed postmodo ab Aurelio Ambrosio, Constantini minoris filio, quem Britones in regem erexerant, in Walliam fugatus, in castro Herefordiæ obsessus, igne tandem consumptus interiit.§ Hengistus hoc audiens, in Northumbriam fugit. Quem Aurelius insequens vicit et cepit. Hunc tamen Eldadus,* episcopus Gloucestrensis, intuens capite truncavit, exemplo Samuelis prophetæ, qui Agag, regem Amalechitarum, jugulavit. Hengistus igitur adventus sui anno tricesimo nono, quum triginta et quatuor annis regnasset, diem clausit extremum.

II. Octam filium suum vel Escam

III. Et Eosam cognatum male perquisiti regni dimisit hæredes. Qui quum Aurelio non valerent resistere, primo capti et incarcerati sunt, deinde, defuncto Aurelio, a car-

§ i. e. Vortigernus.

* This deed was perpetrated, according to Geoffrey of Monmouth, at the bishop's command, by his brother Eldol.

cere liberati, quum Utter Pendragono, qui Aurelio successit in regnum, molirentur impugnare, devicti perierunt.

IV. Yrmenricus, filius Octæ, successit in regnum, solum tantum nomine notus, nisi quod illum famosissimum regem genuit Ethelbertum; amborum temporibus, Octæ scilicet et Yrmenrici, quinguaginta et tres anni deputantur in Chronicis; sed si singulariter vel communiter regnaverint, penitus ignoratur.

V. Ethelbertus igitur, in regnum patri succedens, in primis regni temporibus, vicinis regibus fuit ridiculo; postmodo vero, quum adolescentior esset, in brevi crevit in eo militia, et nationes Anglorum præter Northanimbros continuis victoriis subjugavit domitos; filiamque regis Franciæ, Bertam nomine, Christianam actione, accepit uxorem; quam ei Franci ea concesserant conditione, ut sub custodia cujusdam episcopi, nomine Leutardi, ritum Christianitatis observaret. Hic Ethelbertus condidit leges Anglorum Anglico idiomate, quibus uterentur compatriotæ. Quem quum convertisset ad fidem Christianam beatus Augustinus, a papa Gregorio missus, dedit ei rex et successoribus suis regium palatium et sedem perpetuam in civitate Dorobernensi cum ecclesia veteri, quæ ab antiquo tempore Romanorum ibidem fuerat fabricata, † quam ipse Augustinus, post consecrationem suam, (quam celebravit Arelatensis episcopus, ut Beda refert) in nomine dedicavit Salvatoris. Ipse vero rex fundavit ecclesiam in honorem Apostolorum Petri et Pauli extra civitatem, in qua tam ipse quam successores sui sepelirentur. Non enim erat tunc licitum in civitate quempiam sepeliri.

† From such expressions as these some persons have thought that the Standard of the Cross had been erected at Canterbury by the Apostles, or their immediate successors. [Vide Bp. Newton, on the Prophecies.]

Ecclesiam quoque fundavit sancti Andreæ apostoli in civitate Roffensi, et ecclesiam sancti Pauli in civitate Londinensi.‡ Obiit autem rex Ethelbertus anno primo vicesimo post acceptam fidem, regni vero sui, secundum Bedam, quinquagesimo sexto; anno scilicet Domini sexcentesimo sexto decimo, et sepultus est in ecclesia apostolorum Petri et Pauli, quam ipse fundaverat extra civitatem, quam beatus Laurentius, successor Augustini, dedicavit.

VI. Eadbaldus igitur, filius Ethelberti, patri successit in regnum; qui licet in primis annis lubricus esset et contemptor Christianæ religionis, una cum tribus filiis Sigeberti regis Orientalium Saxonum, per Laurentium tamen archiepiscopum ad Christianitatem conversus, baptizatus est. Hic, quamvis non valeret attingere ad paternum fastigium, avitis finibus vix ægre retentis, monasterium quod pater ejus fundaverat, donariis amplis illustravit. Hic habuit uxorem Emmam nomine filiam regis Francorum, de qua genuit Ercombertum et Ermenredum, et filiam Witham. Regnavit Eadbaldus annis triginta quatuor, obiitque, et sepultus est juxta patrem.

VII. Ercombertus filius ejus patri successit in regnum. Hic quum esset Christi religione insignis, per totum regnum idola destruxit, et jejunium quadragesimale, ¶ præcepit observari, meliorique auspicio rexit regnum, quam pater ejus. Habuit hic uxorem filiam regis Orientalium Anglorum Annæ, Sexburgam nomine, quæ devota in Deum fundavit et fecit ecclesiam in insula quæ dicitur Scapeia,‖ in qua sanctimonialium instituit conventum:

‡ "But of the building of the Church of S. Paule dyuers opinions be. For some write that it was builded by Sigebert kyng of East Anglis." [Grafton's Chron. Vol. 1. p. 115.]

¶ The Fast of Lent.

‖ The isle of Sheppey.

Regnavit Ercombertus annis viginti et quatuor, obiitque et sepultus est apud patres suos.

VIII. Egbertus filius ejus patri successit in regnum: nil memorabile gessit in regno, nisi quis adventum Theodori archiepiscopi, et Adriani abbatis, ipsius imputet gloriæ. Ipso quoque regnante, beatus Wilfredus in partibus transmarinis sacratus episcopus, quum sedem assignatam non haberet, in ecclesia Cantuariæ per tres annos post obitum Deusdediti, episcopale gessit officium. Ipsius regis Egberti denigravit gloriam, quod Ethelredum et Ethelbertum filios patrui sui, cupiditate ductus regnandi, aut interemit aut interimi passus est. Qui vero fuerunt hi martyres non abs re dicendum est! Rex Ethelbertus genuit Eadbaldum, qui genuit Ermenredum et Ercombertum et filiam Eanswitham,† quæ jacet in Folkestane. Ermenredus autem genuit de Oslavia duos filios et quatuor filias,‡ Sanctam videlicet Ermenbergam, quæ et Dompnena dicebatur, et Ermengitham; prædictos vero martyres, Ethelredum et Ethelbertum, quos præpositus regis Egberti clanculo deosculans, sicut Judas Christum prodidit, sic et istos suffocavit et occidit, et apud villam quæ Eastrie§ vocatur, sub aula regia indigne sepelivit. Hac de causa rex Egbertus, regis Ercomberti filius, de consilio Theodori, Cantuariensis archiepiscopi, Dompnenam prædictorum martyrum sororem, post obitum Merowaldi regis mariti sui, in Cantiam revocavit, eique dedit amplas possessiones in Tanatos insula, ut vel sic mæstæ germanæ martyrum tristitiam relevando deliniret. Quæ construxit ibidem monasterium sanctimonialium, quod *Menstre* fuerat nomin-

† or Witham. VIDE SUPRA.

‡ READ totidem filias.

§ East Rye.

atum. Cujus filia Miltrudis, quæ et Mildreda, a beato Theodoro Cantuariensi archiepiscopo velamen accepit, et post obitum matris suæ, videlicet Dompnenæ, curam pastoralem suscepit. Post obitum vero beatæ Mildredæ, sancta Edbergis familiam sanctam suscepit regendam. Erat autem hæc Edbergis beatæ Mildredæ proavia, filia Ethelberti regis primi Christianæ religionis, et Bertæ reginæ, quam in Northumbriam regi Edwino maritandam primas Eboracensium duxit, et reduxit episcopus Paulinus; sed hæc plenius alibi. Regnavit autem Egbertus annis novem, et mortuus est.

IX. Lotharius, filius ejus,† successit ei in regnum; utcunque annis undecim regnavit. Quem Edricus, filius Egberti, jaculo confodit, eoque mortuo, regnavit

X. Edricus pro eo; sed infra biennium vita privatus et regno, patriam intestino bello dissidentem hostibus exposuit. Nam quidam rex West-Saxonum, Cedwalla nomine, cum fratre suo Mollone, odium in Cantuaritas spirans, quantis potuit conatibus provinciam invasit. Unde Cantuaritæ tandem, in iram commoti, Cedwallam terga vertentem fugaverunt, fratremque ejus Mollonem in domum quandam fugientem igne succenderunt. Unde factum est ut Cedwalla diuturnam in Cantuaritas augeret malitiam. Post annos igitur septem sublimatus est in regem

XI. Wichtredus, Egberti filius, qui apud suos invidiam pressit industria, apud hostes pacem fecit pecunia. Domi enim civilis, et bello invictus, Christianam religionem sanctissime coluit, et regiam potestatem amplissime rexit. Hic est ille Wichtredus, qui ecclesiam Sancti Martini veterem in villa de Dovoria fundavit et consummavit; canonicos

† Read FRATER ejus. Lothaire the brother of Egbert, by strong hand (by unjust and violent means) obtained the government of Kent." Speed. Viz: by usurping the throne from the rightful heir, Edric son of Egbert.

sæculares instituit, viginti et duas præbendas ad eorum sustentationem eisdem contulit cum medietate thelonii portus maris; castrumque Dovoriæ in parte renovavit. Nihil enim aliud memorabile gessit. (Acta sunt hæc anno Domini DCC vicesimo quinto.) Qui post annos triginta et tres imperii sui defunctus est, et tribus liberis suis regnum reliquit; quorum primus erat

XII. Ethelbertus, qui regnavit annos undecim; post quem frater ejus

XIII. Eadbertus, qui regnavit viginti et tribus annis. Post quem regnavit

XIV. Alricus, annis triginta et quatuor. Post illos regium emarcuit genus in Cantia, quia nunc iste, nunc ille regnum occupavit; quorum unus erat

XV. Eadbertus, qui et Prin* vocabatur. Hic quum se altiorem gestiret efficere, a rege Merciorum Kenwulfo captus est, sed iterum dimissus, a Cantuaritis non est receptus.‡

XVI. Post illum vero Suthredus regnavit annis octodecim, qui a regno pulsus est ab Egberto rege West-Saxonum; et ita regnum Cantiæ, quod, ab anno Incarnationis Dominicæ trecentesimo ¶ quadragesimo quinto, steterat annis trecentis septuaginta et quinque, alterius accessit potestati.

De Regno West-Saxonum.

Reges West-Saxonum dominabantur in Wilteschire, Barcschire, et Dorseteschire. Quibus est episcopus unus, cujus nunc sedes est Saresburiæ, quæ quondam Ramesburiæ vel Schirebourne fuit. Idem rex dominabatur

* Peri in MS., but a mistake.

¶ Read quadringentesimo.

‡ Of this unfortunate Prince, John of Wallingford has recorded a somewhat different fate: "Nam et Cantiorum Regem Eadbertum, qui loco fratris sui Ethelberti filii primi Wilfredi successit, in bello vastata Cantia cepit, effossisque oculis ejus et præcisis manibus, regnum Cantiorum suo adjecit, (scilicet, Kenwulfus.)"

in Suthereia,† quæ aliquando habuit proprium regem; eratque sedes episcopalis in Seleseya, quæ est insula circumdata ponto, secundum Bedam, ubi beatus Wilfridus monasterium construxit. Nunc autem est sedes episcopi apud Cicestriam. Idem rex dominabatur in Suthhamptonschire et Suthereyschire, quibus est episcopus Wintoniensis. Idem rex dominabatur in Sumerseteschire, cujus sedes episcopalis olim erat apud Welles, quæ nunc est Bathoniæ. Idem rex dominabatur in Devoneschire et Cornubia, quæ nunc Cornwayle dicitur. Erantque tunc, episcopatus unus apud Credintone, alter apud Sanctum Germanum; ‡ nunc quoque est unus Exoniæ. Rex itaque West-Saxonum dominabatur super novem schiras, quæ Comitatus dicuntur.

De Regibus West-Saxoniæ.

Regum West-Saxonum primus fuit

I. Cerdicius, qui quum esset decimus ab illo magno Woden, cum quinque tantum navibus in Britanniam venit anno Incarnati Verbi quadringentesimo vicesimo quarto,¶ post obitum Hengisti anno octavo. A Britonibus illico bello receptus, sed iisdem viriliter bello resistens, eosdem devicit et fugavit. Post adventum suum anno vicesimo quarto, in occidentali parte insulæ, quam illi West-Saxiam vocant, monarchiam adeptus, nomen sibi regium usurpavit, et paulatim, sed viriliter succrescens, annis sexdecim regnavit et obiit.

II. Kenricus, filius ejus, ei successit in regnum, et post annos viginti sex defunctus est.

III. Ceaulinus, filius ejus, successit ei in regnum. Hic erat Anglis stupori, Britonibus odio, utrilibet supplicio.|| A

† Surrey. ‡ St. German's on the south-eastern coast of Cornwall.

¶ Some historians place the arrival of Cerdic in A. D. 490.

|| "Kenricus rex West-Saxonum obiit anno 559. Ceaulinus filius ejus successit XXIII

quibus, tum senio tum bello devictus, anno regni sui vicesimo primo in exilium actus, postmodo decessit; et post eum regnaverunt nepotes ejus

IV. Celricus annis tribus,

V. Celwulfus annis quatuor. Successerunt eis filii Celrici

VI. Kineglisus et frater ejus

VII. Quikelmus, qui sic concordes effecti, unanimiter regnaverunt annis triginta. Hic est ille Kineglisus, qui prædicante Birino§ episcopo fidem Christi suscepit, et baptizatus est. Quikelmus vero ad necandum Northanimbrorum regem Eadwinum nefandum dicitur dimisisse sicarium.* Attamen post annos aliquot, ut diem obiit, baptizatus [est.] Quibus successit filius Kineglisi

VIII. Kinewaldus, primo tempore pessimus, sed deinde optimus. Hic ad Deum religione devotus, Wintoniensem fundavit ecclesiam, ‡ et ampliavit Malmesberiensem, quam primitus quidam Scotus natione, religione monachus, funda-

---

annis. Iste fugavit Britones de urbibus Glaucestriæ, Cirencestriæ, Bathoniæ, usque in saltuosa et confragosa Walliæ." HIGDEN.

§ "This Birinus conuerted Kyngilsus Kynge of West-saxons, and cristned him atte cyte Dorcyk, that is, Dorchestre; there was Kynge Oswald presente, and was Kyngilsus godfader, and wedded his daughter afterward, and bothe the Kynges gaf that cyte for to ordeyne there a bisshopes see." Polychron. lib. 5. c. 13. Caxton.

* Dicitur dimisisse: "Quichellinus sent upon an Ester-daye a swordeman to sle Edwyn King of Northumberland." Fabian's Chron. p. 111.

Hardyng, however, in his metrical Chronicle, has given an account the very reverse of our author, affirming that "Edwyn slew Quickelm;" he further makes Quickelinus the son, not the brother of Kyneglisus:

"The yere of our Lord Six hundredth and XX, tho.
And fyue therto, as Bede hath clerely writen,
And in the yere six hundreth and twenty so
And six therto, Kyng Edwyn, as is witen,
To Westsex went, where batayle sore was smyten,
Betwene hym and Byschop Quychelyne,
King Kinegill's sonne, of Westsex then so fyne,
Where then he slew this manly Quichellyne." P. 163.

‡ This royal convert did not found, but re-built the Church at Winton, which had been destroyed by his idolatrous prædecessors; nay, a Christian Church existed in that

vit. Kinewaldus rex obiit regni sui anno tricesimo primo.*

IX. Sexburga vero uxor ejus regnavit post eum anno uno.

X. Escwinus post eam regnavit annis tribus, eoque decedente,

XI. Kentwinus post eum regnavit annis novem; post quem regnavit

XII. Ceadwalla, pronepos Ceaulini; sed utcunque regnavit annis duobus, qui Cantuaritis maxime infestus erat, Romam adiit, et a Sergio papa baptizatus, Petrus appellatus est. In habitu monachali vitam finivit: cui successit in regnum

XIII. Ine, digne memorandus, licet Cantuaritas atrociter debellaverit. Qui quum ad votum eidem non valerent resistere, triginta millibus auri marcis pacem redemerunt. Hic instituta et leges ¶ in Anglia constituit; fundavit monasteria, Glastoniense,§ et alia quam plurima. Uxorem habuit honestissimam, Edburgam nomine, cujus instinctu rex Ine, relicto regno, Romam petiit; ibique monachus effectus, gloriosam vitam in pace finivit. Cui successit consanguineus suus in regnum, nomine

XIV. Ethelhardus, qui, regni sui anno quarto decimo regnum relinquens, in pace quievit. Cui successit

ancient city long before the persecution of Dioclesian, established, as some think, by the Apostles or their immediate successors. Vide Wharton's Anglia Sacra.

* "Kenewalcus Kyng of West-saxons deyde the XXX yere of his Kyngdome; then his wife Sexburga regned after him one yere. But Bede sayth, that under Kynges or smal l Kynges deled the kyngdome bytwene hem ten yere." Polychron. l. 5. c. 18.

¶ For the laws of King Ina see "Leges Anglo-Saxonicæ," by Wilkins, and a more modern Edition by Thorpe.

§ "But above all other for antiquity, glory, and beauty was the Abby of Glastonbury, whose beginning is fetched even from Joseph of Arimathea, which David Bishop of Saint David's repaired, being fallen to ruine, and King Ina lastly builded a fair and stately Church in this Monastery, though it be now made even wtth the ground, the ruins only shewing how great and magnificent a Seat it hath anciently been." This is the brief notice of this once glorious Edifice, given by Speed, who wrote about half a century after the dissolution of the Monastic Houses.

XV. Cuthredus, qui post annos sexdecim mortuus est. Arripuit post eum regnum

XVI. Sigebertus, vir apud suos sævitia immanis, apud exteros ignavia infamis; unde factum est ut communi omnium odio post annum regno depulsus,‖ et tandem in speluncam fugiens, a subulco confossus, vitam finiverit indignam. Cui successit in regnum

XVII. Kenwulfus, et post annos triginta et unum occisus est. Cujus regnum obtinuit

XVIII. Bertricius, et annis sexdecim regnavit; paci magæ quam bello operam dedit; noverat enim amicitias componere, extraneos blande appellare, domesticis congaudere. Hic Egbertum, de regali prosapia ortum, in Franciam fugavit. In diebus istius venerunt primo Dani† piratæ in Angliam cum navibus tribus, et capta præda citissime redierunt. Mortuo autem Bertricio,

XIX. Egbertus in Angliam rediit, et avitam ascendit thronum, regnumque adeptus, præ cæteris omnibus regiam gloriam dilatavit,§ ut in sequentibus dicetur.

De regno Merciorum.

Rex Merciorum dominabatur in Gloucestereschire et Wirecestershire, et Warwickeschire. In iis est episcopus unus, cujus sedes est Wigorniæ. Idem rex dominabatur in Cestreschire et in Derbeschire. In iis est episcopus unus.

‖ "A. D. 755. This year Cynewulf, with the consent of the West-Saxon Council, deprived Sebright, his relative, for unrighteous deeds, of his kingdom, except Hampshire." Saxon Chron.

† "The Danes at Teigne-mouth first entred for the invasion of this land, about the year of Christ 787, unto whom Brightrik, King of the West-Saxons, sent the Steward of his house to know their intents, whom resistantly they slew; yet were they forced back to their ships, by the inhabitants, though long they stayed not, but eagerly pursued their begun enterprizes." Speed's England.

§ Egbert sent into all the costes of this lande his commaundements and commissions, that from that day forward the Saxons should be called Anglis, and the land Anglia, in Englische, England." Grafton's Chron. v. 1, p. 132.

Et habet Steffordeschire et partem de Warwickeshire et de Schropeschire; cujus sedes est apud urbem Legionum, quæ dicitur Cestria ;* quondam erat apud Lichesfeld. Idem Rex dominabatur in Herefordschire. Et est ibi episcopus, habens dimidium pagum de Schropschire et partem de Gloucestereschire, cujus sedes est apud Hereford. Idem rex dominabatur in Oxenfordshire et in Buckinghameschire et in Hertefordschire, et in Huntindoneschire dimidiam, et dimidiam de Bedefordschire, et in Northamtoneschire et in Lincolneschire, quas regit episcopus unus, qui modo habet sedem Lincolniæ; quondam fuit apud Dorkecestre.¶ Idem rex dominabatur in Leycestreschire et in Nottinghameschire, quorum Christianitas spectabat ad archiepiscopum Eboracensem. Erat etiam ibi olim proprius episcopus, cujus sedes erat apud Leycestriam.

De nominibus regum.

Regum Merciorum § primus extit Penda filius Wibbæ, qui anno Domini sexcentesimo vicesimo sexto, post obitum Hengisti centesimo tricesimo nono, apud Mercios nomen regium usurpavit, licet legerimus,

I. Criddam primum fuisse, II. Wichtam secundum, III. Queorlum tertium,

IV. Pendam fuisse prædictum quartum, qui per annos triginta regnavit. Hic Eadwinum et Oswaldum Northanimbrorum reges occidit, et tres reges Orientalium Anglorum, scilicet Sigebertum, Egricum, et Annam, extinxit. Kenewaldum regem West-Saxonum in exilium compulit, et

* Chester.

¶ A town within nine miles of Oxford, once a bishop's See, till in 1076 William the Conqueror transferred it to Lincoln.

§ "These Mercians, as they were many, so were they strong, and by strong hand eight of their Kings, in a continued succession, got and kept the Emperiall Crowne of the Heptarchy. For though those Kings raigned as Kings in their owne territories, yet among them euer

Cedwallam, perempto Eadwino, regno† restituit; sed ab Oswio rege Northanimbrorum peremptus || occubuit. Cui successit in regni partem

V. Wedda filius Oswii, eoque postmodum de medio sublato,

VI. Wilfere Pendæ filius successit. Hic de regibus Merciorum primus credens baptizatus est; veruntamen famam ejus simoniæ denigrat infamia; eo quod cuidam ambitioso, nomine Wine, Londoniensis Ecclesiæ vendidit episcopatum. ‡ Quo post annos novendecim defuncto, frater ejus

VII. Ethelredus successit, et annis tribus regnavit. Postea in Bardeney || attonsus, primo monachus, postea abbas effectus est. Successorem sibi statuit filium fratris sui,

VIII. Kenredum nomine, qui Romam profectus quinto anno regni sui, monachum induit, et sic vitam finivit. Post illum regnavit

IX. Celredus, qui octo annis regnum tenuit, et obiit, cui successit

---

one was the supreme Head of the rest, and was called King of Engle-lond, till Egbert the West-Saxon laid all into one." SPEED.

In like manner, Redwald, son and successor of Titel King of the East-Angles, became the most illustrious monarch of the whole Heptarchy, of which he was chosen the Head. SMOLLETT.

† The Latinity of this phrase is questionable, rather, 'Ceadwallæ regnum restituit,' or 'Ceadwallam in regnum.'

|| "In that batayll Penda was slayne and thyrtty dukes and leders of his, and yet he had thryes soo many in his hoost, as that other (Oswy) had in his; for they that escaped the swerd, were drowned in the Ryver." Polychron. l. 5. c. 16.

"Whom Oswy slewe, and XXX dukes also
That with hym came, and XXX. M. mo.
HARDYNG's Chron. p. 170.

‡ It is probable, that he subdued the kingdom of Essex also, as he is here charged with disposing of the bishoprick of London to Wina; the See of which was in that Kingdom.

|| A town between Lincoln and Herncastle, memorable for the tomb of Saint Oswald. VIDE DE REG. NORTH. § VI.

X. Ethelbaldus, rex egregius, qui beati Cuthberti Cantuariensis archiepiscopi admonitus instinctu, in communi statuit concilio, ut omnia monasteria et ecclesiæ essent a publicis vectigalibus libera, et famuli Dei propriam habeant libertatem in fructibus omnibus, nec dent munuscula regi vel principibus, nisi voluntaria; sed liberi Deo serviant. Hic, quum alta pace per annos quadraginta regnasset, procurante quodam Bercicranno,§ a subditis occisus est. Cui successit

XI. Offa, qui prædictum Bercicrannum occidit, et regnum obtinuit Merciorum. Hic quinto gradu Pendæ abnepos erat, vir ingentis animi, qui omnia, quæ mente concepisset, perficere proponeret. Hic Kenwolfum regem Merciorum† devicit, et regem Ethelbertum blanditiis revocatum capite fecit spoliari, et regnum suum, id est Orientalium* Anglorum, invasit. Ecclesiam Sancti Albani fundavit, et ipsum Sanctum decenter in auro collocavit, ibidemque monachos instituit. Archiepiscopatum apud Lichefeld facere voluit in odium et diminutionem Jamberti, nunc Cantuariensis¶ archiepiscopi, quem ante multum di-

§ Or Beornred. "Anno 755, Ethelbaldus rex Merciorum apud Sigiswold occiditur a Beornredo Tyranno, et apud Rependonium tumulatur. Sed cito post Offa nepos Ethelbaldi occidit Beornredum, et regnavit pro eo super Mercios XXXIX annis." POLYCHRONICON.

† Regem West-Saxonum, according to Fabian: "Than returne we to Kenelphus King of the West-Saxons, the which before tyme had often warres with Offa, and with hym many conflyctes, and [they] lastly agreed." FABYAN'S Chron. p. 138.

* Occidentalium Anglorum, according to John of Wallingford: "Offa anno primo sequente Sanctum Ethelbrichtum Regem West-Saxonum occidit, re quidem vera, sed causa incerta." CHRON. OF J. OF WALLINGFORD.

¶ The following biographical sketch of this Prelate is given by Radulphus de Diceto; "Jambertus, primo Abbas S. Augustini Cantuariensis, Romæ consecratus a Paulo Papa, etiam ab eodem pallium suscepit. Tempore autem suo Offa rex Merciorum contraxit inimicitias cum Cantuaritis, prædictum Jambertum Primatu spoliare, regnumque Merciorum Archiepiscopatu insignire affectans. Unde epistolis ad Adrianum directis, hoc egit, ut Pallio Adulphum Lichfeldensem efferret, ei subjugando sex Episcopos. Stetit

lexerat. Cantuariæ ecclesiæ non modicas subtraxit possessiones; volebat enim ut archiepiscopo† Lichesfeldensi subjacerent omnes episcopi Merciorum, videlicet, episcopus Wigorniæ, episcopus Leyrcestriæ, episcopus Herefordensis, episcopus Cestrensis; Episcopi quoque Orientalium Anglorum, Helmanensis et Dorkesetensis; ita ut Archiepiscopo Cantuariensi non remanerent ad subjectionem, nisi episcopi quatuor, Londinensis, Wintoniensis, Roffensis, et Seleseyensis. Horum variorum episcopatuum quidam adhuc manent, quidam alias translati sunt, quidam cum aliis uniti. Nec rapacitas regis Offæ stetit in hoc, sed multarum expoliavit prædia ecclesiarum; sed omnipotens Deus suam visitavit ecclesiam, et Offæ subnervavit vigorem; Jambertus § enim archiepiscopus, quum ecclesiæ Domini esset inutilis, huic vitæ modum fecit; et Offa, quum per annos triginta et novem vitam dulci consummasset otio,

XII. Egbertum filium suum, ante mortem, in regem erectum successorem suum dimisit. Hic privilegia et jura ecclesiarum, quæ pater attenuerat, cum multa devotione revocavit; sed eodem post quatuor menses mortuo,

XIII. Kenulfus successit, nulli ante se religione vel potentia impar. Domi erat religiosus, in bello victoriosus. Hic per Ethelhardum Jamberti * successorem ad Leonem papam accedens, Cantuariensem ecclesiam in pristinam restituit dignitatem, et ablatas restituit possessiones. Veruntamen Cantuaritas valde afflixit idem rex, et regem eorum, cognomento Pren, cepit, quem postea libertati

autem hæc perversitas toto istius Jamberti tempore. Sed obiit, postquam sedisset annis XXVII. Wharton's Ang. Sacra, vol. II, p. 680.

† "In Litchfield Oswin King of Northumberland, overcoming the Pagan Mercians, built a Church, and made it the See of Duma, the Bishop; whose successors, grown rich with golden reasons, so overcame King Offa, and he Adrian the Pope, that an Archiepiscopal Pale (Pall) was granted Bishop Eadulph, to the great disgrace of Lambert Archbishop of Canterbury." SPEED.

restituit, in dedicatione ecclesiæ de Wynchecumbe, † quam ipse fundavit, in conventu tredecim episcoporum et decem ducum. Pren vero, licet a captione liberatus, a Cantuaritis non est receptus in regnum. Rex autem Kenulfus viginti et quatuor annis regnavit et obiit. Cui sanctus successit Kenelmus filius ejus.

XIV. Hic eodem anno per sororem suam, Queneditcham nomine, martyrium complevit, et in Winchecumbia est sepultus. Cui successit frater ejus

XV. Ceolwulfus, qui regnavit anno uno, et postea expulsus est. Pro quo regnavit

XVI. Bernwolfus, et anno regni sui tertio ab Egberto rege victus et fugatus, ab Orientalibus Anglis occiditur.

XVII. Ludecanus successit, qui post biennium ab Anglis similiter occisus est.

XVIII. Wichtlaus ei successit, sed ab Egberto subjugatus est, et annis tredecim regnavit, et eadem sorte qua prædecessores sui tributum solvit.

XIX. Bertulfus successit ei, et ab Egberto subjugatus est et annis tredecim regnavit, et tandem a Danis Paganis fugatus est. Cui successit

XX. Burthredus, qui filiam Eadulfi regis West-Saxonum Ethelwitham duxit uxorem, quem Dani Pagani a regno expulerunt, quum regnasset annos quatuordecim. Qui adiit Romam, ibi vero diu vivens defunctus est, et in ecclesia Sanctæ Mariæ, quæ schola Saxonum dicitur, sepultus est. Demum regnum Merciorum evanuit, quousque rex Alfredus Danorum exercitum de regno suo expulerit,

† Grafton, however, ascribes the building of the church of Wynchecomb and the defeat of Pren to Offa. "Then after these victories, Offa buylded the Church of Winchecomb. In the tyme of which buylding, and in the presence of XIII Bishops and many other great estates, he discharged the sayde Egbert (otherwise called Pren) king of Kent out of imprisonement, and set him at libertie. A. D, 756." CHRON. v. I, p. 102.

et strenuitate sua Londoniam cum circumjacentibus terris recuperavit, et sic Merciorum regnum sibi adquisivit.

De regno Northanimbrorum.

Reges Northanimbrorum dominabantur in omni regione quæ est ultra Humbrum fluvium usque Scotiam.† Erantque quondam in partibus illis archiepiscopus Eboracensis, episcopus Hagustaldensis, et episcopus Ripensis, ‡ episcopus Lindesfarnensis, de Candida Casa, Hagustaldensis et Ripensis defecerunt; Lindisfarnensis autem translatus est in Dunelmensem.

De nominibus regum Northanimbrorum.

Anno ab Incarnatione Domini quingentesimo quadragesimo septimo, post obitum Hengisti sexagesimo, Northanimbrorum ducatus in regnum mutatus est. Primusque fuit

I. Ida filius Eopæ, natura nobilis, ætate juvenculus, et mundanæ gloriæ cupidus, regium nomen sibi assumpsit. Hactenus enim ab adventu Hengisti, annis uno minus centum, regum Cantiæ præceptis et legibus duces Northumbriæ subjacebant. Hic autem Ida, a magno Woden decimus, annis duodecim in regno permansit. Cui successit

II. Elle, de quo dixit beatus Gregorius, ad illius alludens nomen, quod Alla ¶ ibidem oporteret decantari; et quandoquidem provinciales *Deiri* vocarentur, || ideo *de ira Dei* essent eruendi. Elle autem regnavit annis triginta et mortuus est. Cui successit *

† The kingdom of Northumberland at first consisted of two provinces, Deur and Berneich

‡ This Bishopric has been lately re-instituted, after having lain dormant for many centuries.

¶ Alla, i. e. God's name.

|| See Bede's Ecclesiastical History, II, 1.

* "A. D. 588. This year died King Ella, and Ethelric reigned after him five years." Sax. Chron.

III. Ethelricus, Idæ filius, qui regnavit annis quinque. Cujus filius,

IV. Ethelfridus regni gubernacula suscepit. Hic quum sua defenderet acriter, et aliena improbe invaderet, non eum a necessitate frænavit inertia, nec ad temeritatem pracipitavit audacia. Hic Scotorum regem Etan fugavit victum, et præ cæteris regibus Britones contrivit. Hic est qui monachos de Bangor pro exercitu orantes occidit; et Edwinum Ellæ filium regno simul et provincia, in quantum vixit, fugavit; sed auxilio Redwaldi regis Orientalium Saxonum ab eodem Edwino devictus, anno regni sui vicesimo regnum et vitam perdidit. § Et sancto

V. Edwino filio Ellæ regnum dimisit. Hic est Edwinus qui, prædicante Paulino Eboracensi episcopo, primo fidem Christi suscepit, et ab eodem baptizatus est. * Et Ethelburgam filiam regis Ethelberti, sororem Eadbaldi regis Cantiæ, suscepit uxorem; sicque deinceps præter Cantuaritas subjugavit universos, ut omnes Britanniæ provinciæ ad nutum illius spectarent. Rebellantibus autem Cedwalla Britonum rege, quem quidam Cadwallonem nuncupant, et Penda Merciorum rege, anno regni sui septimo decimo, ætatis vero quadragesimo octavo rex Edwinus occisus est; sicque successit in regnum sanctus ‡

VI. Oswaldus, qui quum erecta Cruce Dominica Britonum regem Cedwallam occidisset, ejusque contrivisset

§ A. D. 617. "This year was Ethelfrith, king of the Northumbrians, slain by Redwald king of the East-Angles; and Edwin, the son of Ella, having succeeded to the kingdome, subdued all Britain, except the men of Kent alone." SAX. CHRON.

* "Anno DCXXVII, accepit rex Edwinus, cum cunctis gentis suæ Nobilibus ac plebe perplurima, fidem et lavacrum sanctæ regenerationis, anno regni sui undecimo; ab adventu Anglorum in Britanniam annus circiter centesimus octogesimus. Baptizatus est autem Ebor. die S. Pasc., pr. Id. Ap., et in ecclesia S. Pet. Apost., et quam ibidem ipse de ligno ubi catechizaretur atque ad percipiendum baptisma imbueretur, citato opere construxit: in qua etiam civitate ipsi doctori atque antistiti suo Paulino Sedem episcopatus donavit." WHARTON'S ANG. SAC. v. I, p. 153.

‡ This battle was fought on Hatfield Moor, in Yorkshire on the 14th of October, 633. SAXON CHRON.

exercitum, aliquantula pace potitus multas fabricavit ecclesias, et Christianam ampliavit religionem. Anno autem regni sui nono a Penda rege Merciorum peremptus occubuit; et martyr Christi effectus est. Cui successit

VII. Oswius, qui devicit prædictum Pendam regem Merciorum et occidit; ac deinde toti Britanniæ imperavit. † Regnavit autem annis viginti et octo, et obiit. Cui successit

VIII. Egfridus. Hic beatum Wilfridum suo expulit a regno, et sanctum Cuthbertum agente Theodoro Cantuariensi episcopo in episcopatum promovit. Hic, in supplices protervus, in rebelles ignavus erat. Hibernienses contrivit; sed Merciorum regnum amisit. Anno vero regni sui quinto decimo expeditionem in Pictos agens, interiit. Cui successit

IX. Alfridus frater ejus, et post annos decem et novem in pace vitam finivit. Hic habuit successorem filium, sed puerulum,

X. Osredum, qui post annos undecim peremptus interiit. Cui

XI. Kenredus succedens, post annos duos obiit.

XII. Et Osricus in regem levatur, et post annos undecim mortuus est. Et deinde

XIII. Ceolwulfo regni cessit hæreditas. Huic Beda presbyter historiam scripsit Anglorum, * ut eapropter imperium roboraret, et populi ingenium emendaret; quam mediante Albino abbate sancti Augustini Cantuariensis, et Nothelmo presbytero Londoniensis ecclesiæ didicerat.

† "This Monarch, after his victory over Penda, "as he had promised, gaue landes and rentys to buylde XXXII Abbeys, whereof VI were in the province of Bernicia, and VI in the province of Deira." FABYAN'S CHRON. p. 119.

* "Colwolf reygned in Northumberland, to whom holy Beda wrote the story called HISTORIA ANGLICANA." FABYAN, p. 135. "Anno 734. Eodem anno Beda vir venerabilis, et mente semper cœlestis, cœli palatia conscendit." FLORES Hist.

Octavo denique regni sui anno in ecclesia Lindisfarnensi regem exuens, monachum induit; et in pace vitam finivit. Successit in regnum, ipso disponente,

XIV. Egbertus patrui sui filius, qui viginti annis regnavit. Hujus frater Egbertus, ‡ Eboracensium archiepiscopus, tum astutia propria fretus, tum fratris potentia, honorem pallii, per annos plurimos post Paulinum amissum, recuperavit. ¶ Egbertus autem rex, fratris sui æmulus in religione, comam totondit; regnoque dimisso, monachus effectus est.

XV. Osulfo filio suo regnum concessit. Illeque post a civibus innocenter cæsus

XVI. Molloni regnum dimisit. || Hic annis undecim regno functus, insidiis occubuit; et

XVII. Alfredus successit, qui decimo quo regnum invaserat anno, a conprovincialibus cedere compulsus est.

XVIII. Ethelbertus quoque Mollonis filius eorum consensu in regem levatus, anno quinto ab eisdem expulsus est. Tunc

XIX. Alfwoldus rex acclamatus, post undecim annos ab eisdem sine culpa trucidatus est. Cujus nepos

XX. Osredus succedens vix anno emenso expulsus est; regnumque cessit

XXI. Ethelberto, qui et Ethelredus dictus est; et hic filius erat Mollonis, qui et Ecwaldus vocabatur; regnumque post annos duodecim exilii recipiens, quatuor annis tenuit; et tandem occisus est. Et sic per annos triginta

‡ "This Egbert was brother vnto Egbert, Kynge of Northumberland, by whose assistance and comforte he dyd many thynges for the weale of the see, and made there a noble library." FABIAN, p. 138.

¶ "Egbertus Archiepiscopus Ebor. pallium accepit, auctore vetusto Epitomes Bedæ continuatore." WHARTON. ANG. SACRA, v. 1, 697.

|| "A. D 759. Mull-Ethelwold this year succeeded te the Northumbrian kingdom, had it six winters, and then resigned it." SAX. CHRON. This account is very contradictory to that of our Chronicler!

tres sub nullo rectore regnum vacavit. Transactis triginta tribus annis hanc etiam regionem cum cæteris obtinuit Egbertus, anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo vicesimo septimo, regni vero sui vicesimo octavo.

De regibus orientalium anglorum.

Reges Orientalium Anglorum dominabantur in Grauntebregeshire, ‖ et est ibi episcopatus unus, cujus sedes est apud Ely. Qui quondam erat abbatia sanctimonialium § usque ad tempus Henrici regis primi et beati Anselmi Cantuariensis archiepiscopi. Tunc abbatia in episcopatum, moniales in monachos commutatæ sunt. Idem rex dominabatur in Northfolke, et Suthfolke; et est ibi episcopus unus, cujus sedes est apud Northwich, quæ quondam fuit apud Elmham vel Theford. *

De nominibus regum orientalium anglorum.

Regum Orientalium Anglorum primus, ut fertur, fuit

I. Uffa, II. secundus, Titullus; tertius quidem fuit, qui et maximus,

III. Redwaldus, qui fuit a Woden decimus. Cujus omnes Anglorum et Saxonum provinciæ citra Humbrum

---

‖ "Granta, quæ et Cantabrigia, Britannice Caer-Grant dicitur."

§ Anno Domini DCVII, beatus Augustinus XI anno adventus sui in Angliam Ecclesiam construxit in Ely, in honorem B. Mariæ Virginis. ..... Anno DCLXXIII, virgo Ethelreda Ely in eminentiori loco monasterium construxit prope fluentis alveum; et cœtum utriusque sexus sub monachili habitu congregavit; quibus ipsa prima facta fuit Abbatissa a Sancto Wilfredo antistite. Wharton's Ang. Sax. vol. I, p. 594. Vide infra § VII.

* Or Thetford: "Duo episcopi provinciam illam usque ad tempus Egbricti regis Westsaxonum rexerunt; quorum unus sedebat apud Dommoc, et alter apud Elmham, ut infra patebit." Hist. de Episc. Norwic. in Wharton's Ang. Sacra, vol. I, p. 403.

Of this See the thirty-eighth bishop was Arfattus or Harfastus. "Hic transtulit Sedem de Elmham apud Tefordiam tempore regis Willielmi ex edicto Concilii, ut prius dictum est. Hic fuit ante Capellanus regis Willelmi. Id.

Of the see of Dommok Felix was the first Bishop:

"At Domok then was Felyx fyrste byshop:
Of Estangle, and taught the Crysten fayth."

Hardyng's Chron. p. 165.

cum suis regibus ad nutum spectabant. Cantuarini vero quilibet pro se quandoque super omnes Angliæ reges principatum agebant, usque ad subjectionem quam exercuit in eos Egbertus West-Saxonum rex. Redwaldus autem, suadente rege Edwino, baptizatus est; sed uxoris suæ consilio a fide recessit. Huic successit in regnum filius ejus,

IIII. Eorpwaldus; idemque per Eadwinum regem baptisma suscepit. Post eum regnavit

V. Sigebertus; sed hic conversus est ad Christianitatem per Felicem episcopum, qui, de Burgundia natus, prædicandi gratia venit in Angliam. Hic rex Sigebertus, quum esset Christianissimus, de Hibernia venientem sanctum suscepit Furseum, et dedit ei locum ad ædificandum cœnobium apud Cnoberesberi. Scholas etiam per loca regni sui instituit; et tandem tam regno quam mundo renuncians, cognatum suum

VI. Egricum regno instituit, et monachus factus est. Deinde a Penda Merciorum rege cum Egrico et ipse occisus est, quia in pugnam ductus, nil in manu præter virgam tenuit tantum ob habitus sui reverentiam. Quibus successit

VII. Anna filius Inæ fratris Redwaldi; cujus filia sancta Sexburga cum Ercomberto rege Cantuaritarum conjugio copulata est; altera vero, sancta Ethelburga, in Gallia in Brigensi monasterio abbatissa facta est. Tertia siquidem, sancta Ethelreda, prius Northanimbrorum regina, et post Eliensis cœnobii extitit abbatissa. Quarta erat sancta Withgisa, quæ ejusdem monasterii sanctimonialis erat. Annas pater a Penda percussus interiit. ¶ Huic successit frater ipsius

¶ "A.D. 654. This year king Anna was slain." SAX. CHRON. — "et in loco, qui Bildesburg nuncupatur, sepelitur." VITA ETHELDREDÆ.

VIII. Ethelherus, qui in bello cum prædicto Penda ab Oswio rege peremptus occubuit. Huic successor

IX. Ethelwaldus regnum obtinuit, quod reliquit tribus filiis Ethelheri,

X. Eadulfo scilicet, et, XI. Ethelwoldo. Iis, XII. Biorna, et huic, XIII. Etheldredus successit. Hujus filius successor fuit

XIV. Ethelbertus, quem Offa rex Merciorum blanditiis vocatum capite truncavit. Deinde vacavit regnum per annos sexaginta usque ad sanctum Edmundum,

XV. Qui anno regni sui sexto decimo ab Inguare pagano interemptus est. || Deinde regni illius decus annis quinquaginta evacuatum est usque ad

XVI. Gurtrannum § Danum et paganum, quem rex Alfredus fecit baptizari, et eidem utrasque concessit provincias; et regnavit ibidem annis undecim, habens regnum Northanimbrorum et Orientalium Anglorum. Asserunt aliqui hunc esse Gormundum regem Africanorum, qui de Hibernia, quam oppresserat, venit in Angliam. Habuit hic successorem

XVII. Osricum similiter Danum, qui regnavit quatuordecim annis, et ab Anglis peremptus est. Proximus post eos fuit Edwardus, filius Alfredi, qui expulsis Danis ambas provincias suo, id est West-Saxonico, adjecit regno.

De regno Orientalium Saxonum.

Porro, reges Orientalium Saxonum dominabantur in

|| "And, for this blessed man, Edmunde would not renye or denye Criste and his lawys: the Danes therefore moost cruelly bond hym vnto a tree, and causyd hym to be shot to deth, and lastly causyd his hede to be smytten from his body, and caste among the thycke of the bushes ..... Than they with great solempnyte caryed the bodye and hede unto Eglidon or Eglisdon, now callyd saynt Edmundes Bury." Fabyan, p. 163.

§ Guthrum, King of Denmark, is the personage here meant; whom our Chronicler,

Estsexia et in dimidia Hertfordshire; et est ibi episcopus, cujus sedes est in ecclesia sancti Pauli Londinensis.

De Regibus Orientalium Saxonum.

Regum Orientalium Saxonum post Erkenwinum primus fuit

I. Sledda. Patri successit in regnum, cujus filius

II. Secundus, Sebertus, qui per beatum Mellitum * Londinensem episcopum primo credidit in Christum, et baptizatus est. Hic et, eodem suadente episcopo, Westmonasterii dicitur inchoasse cœnobium. Seberto mortuo, filius ejus

III. Sexredus, et IV. Sewardus Mellitum expulerunt episcopum, nec in Christum credere volebant. Nec multo post a West-Saxonibus occisi sunt. Quibus succedens

V. Sigebertus, cognomento Parvus, filius Sewardi regnum dimisit

VI. Sigeberto Sigebaldi filio. Hic Sigebertus, hortatu regis Oswii, a Finano † episcopo baptizatus est; gentemque suam, quam cum Mellito prædicti reges Sexredus et Sewar-

---

agreeing with all other Historians, represents as a Christian convert; King Alfred is said to have stood for him at the Font, —Alfredus fecit baptizari;

"But Gurmound then Britaine hole destroied,
Both churche and towne and eke the Christen faith,
For he a paynym was, and sore anoyed
The Christentye, as Gyldas wrote and seyeth."

Hardyng's Chron. p. 152.

* The first Bishop of London, and one of the Missionaries sent over by Pope Gregory. His superior merit above his fellow-labourers in the Lord's Vineyard, is thus eulogized by Goscelin in his Historia Minor; "Quatuor Evangelistæ Mellitus, Justus, Paulinus, Rufinianus: Mellitus, Abbas mellifluus, tunc prælucebat splendide Choro Gregoriano." Cap. XVI.

† Bishop of Lindisfarne, "qui in insula Lindisfarnensi Ecclesiam Episcopali sedi congruam (Bedæ verbis utor) de robore secto totam composuit more Scotorum, et arundine texit." He died in 661. Hist. Episc. Dunelmensium.

dus abjecerant, per episcopum Ceaddam ‡ reduxit. Hic a propinquis suis postea peremptus est, eo quod suis parceret hostibus, nec delinquentes in se, si pœnitierent, punire vellet. Post illum regnavit

VII. Suithelmus, frater suus qui ab eodem Ceadda episcopo baptizatus est; eoque mortuo

VIII. Sigerius filius Sigeberti parvi, et

IX. Sebbius filius Sewardi regnum tenuerunt. Sebbius autem, Sigerio mortuo, apud sanctum Paulum, ubi tunc temporis ex institutione Melliti monachi erant, relicto regno monachus factus est. Pro quo regnaverunt filii ejus

X. Sewardus, et

XI. Seinfredus; quibus de medio sublatis successit

XII. Offa filius Sigelwidi, juvenis ætatis floridæ, jucundi vultus et animi, apud cives amoris maximi; qui hortatu Kineswithæ filiæ Pendæ, cujus nuptias spreverat, Romam adiit cum Cenredo ‡ rege Merciorum, ubi attonsus, monachus factus est, et ibidem vitam finivit. Cui successit

XIII. Celredus Sigeberti boni filius, et annis triginta et octo regnavit; quo tandem perempto, successit

XIV. Suithredus, qui ab Egberto expulsus est. Sic Egbertus omnium regnorum Angliæ obtinuit dominatum. Londonia tamen, cum adjacentibus sibi regionibus, Merciorum regibus paruerunt, quamdiu regnaverunt.

De regno Australium Saxonum.

De regibus Australium Saxonum brevis admodum curret oratio, quum tres tantum in ordine ponantur. Quorum primum

I. Ellam esse reperimus. Non illum dico Ellam regem

‡ Sigebertus regnum adeptus et ex consilio Oswii Northumbriæ Regis Christianus factus, Ceaddam, hominem doctum juxta et pium, episcopum consecrari procuravit. Quod munus gnaviter ille quidem et solicite obivit. Godwin de præsul. p. 172.

‡ A. D. 709. "This year Cenred went to Rome; and Offa with him. And Cenred was there to the end of his life." Saxon Chron.

Deirorum, sed istum Australium Saxonum. Hic Ella per totam dicitur regnasse Britanniam. Secundus fuit

II. Scissa. Post quem regnavit tertius

III. Ethelwaldus. Hic, agente et præsente rege Merciorum Wolfero, per Birinum || episcopum in Christum credidit et baptizatus est in ipsa Merciorum provincia. Hic dedit Sancto Wilfrido, quum a suo fuisset ejectus episcopatu, insulam quandam, quæ Seleseya nuncupatur, ubi idem Wilfridus ecclesiam fundavit, § ibidemque monachos instituit, et per quinquennium ibi mansit. Regem hunc Ethelwaldum occidit rex West-Saxonum Cedwalla nomine, et dedit Sancto Wilfrido quartam partem Wightiæ insulæ, et villam quæ dicitur Pageham cum pertinentiis suis. Post Ethelwaldum cessavit regia stirps in Australi Saxonia, et transiit in jus regis West-Saxonum. Deinde post annos plurimos et tempora longa Egbertus West-Saxonum rex subjugavit regem et regnum Cantianorum, Merciorum, Northanimbrorum, Orientalium Anglorum, Orientalium et Australium Saxonum: septem scilicet regna compegit in unum.

|| The first Bishop of Winchester, after the Saxon conquest: "Postquam Saxones hanc regionem [West-Saxonum] occuparunt, fidem primum Christianam recepit sub Kynigilso rege, idque prædicatione Birini, primi ibidem Episcopi, qui homo plus, animarum Christo lucrandarum zelo succensus." Bp. Godwin de Præsul. Angiiæ, p. 202.

§ "Wilfredo inter cætera humanitatis officia abunde præstita, habitationem commodam assignavit Seolseiæ, qui locus peninsula tunc erat. Godwin, p. 499.

II.

De regibus Angliæ successive regnantibus, qui monarchi dicebantur.

De Egberto rege.
De Ethelwulfo rege.
De Ethelbaldo et Ethelberto.
De Ethelredo rege.
De Alfredo rege.
De Edwardo Primo.
De Ethelstano rege.
De Edmundo Primo.
De Edredo rege.
De Edwio rege.
De Edgaro rege.
De Edwardo Martyre.
De Ethelredo rege.
De Edmundo Secundo.
De Cnuthone Daco.
De Haraldo Daco.
De Hardecnuto.
De Sancto Edwardo Confessore.
De Haraldo filio Godwini.
De Willelmo duce Normandiæ, quomodo conquisivit Angliam.
De Willelmo Rufo.
De Henrico Primo.
De Stephano rege.
De Henrico Secundo.
De Ricardo rege.
De Johanne rege.
De Henrico Tertio.
De Edwardo rege.

Nunc quandoquidem Angliam nostram tam gravi schismate dissipatam ad unitatem reduximus, restat ut ab hoc rege Egberto per nomina regum currentes, et eorum facta breviter pertractantes, ad Normannorum adventum, et sic gradatim ad nostrum regem veniamus, Henricum filium Johannis.

Finitur liber primus; Incipit liber II.

De Egberto rege Anglorum.

Superiori volumini hic terminus obvenit, qui regna Britanniæ in unum coarctaret. Cujus potentiæ auctor Egbertus regis Inæ, de patre Kinegilso, abnepos, amplo apud suos loco natus, et ingenue educatus, a pueritia inter West-Saxones enituit. Bertricius igitur, ut prædictum est, suspectum habens memorandæ indolis juvenem, e medio tollere cogitabat.* Quod Egbertus præsentiens, primo ad Offam regem Merciorum, et postea transito mari in Franciam fuga lapsus est. Quod Dei consilio factum intelligo, ut vir ille, ad tantum regnum elatus, regnandi disciplinam a Francis acciperet. Itaque defuncto Bertricio, reversus est Egbertus, ac mox a suis imperare jussus, patriæ desideriis satisfecit, anno scilicet Dominicæ Incarnationis octingentesimo. Interea Egbertus, quum clementia et mansuetudine amorem acquisisset, prima virium documenta in Britannos, qui in ea insulæ parte inhabitaverant, quæ Cornugallia dicitur, exercuit. Quibus subjugatis, Aquilonares Britanniæ tributarios fecit. Harum victoriarum quum reliquos fama terreret, Bernulfus rex Merciorum, tumidum spirans, eidem Egberto bellum indixit. At Egbertus, gloriæ suæ damnum ducens si cederet, occurrit alacriter, consertaque pugna,

* "The which Egbert was at that day an vnder-King or ruler in the lordeshyp of West-saxon; which Egbert was discendyd of the bloode of the holy Kengulphus ..... And after that he was of Bryghtycus expulsyd, he saylyd into Fraunce, and there exercysyd himselfe in featys of warre with the Knyghtes of Charlys (Charlemagne's) courte, duryng the lyfe of the sayd Bryghtrycus." Fabyan, p. 146.

"This ilk Egbriht was norised at Paris,
In Charlemayn courte, sire of saynt Denys. Langtoft's Ch. p. 14.

† A. D. 823. "This year Egbert and Bernulf King of Mercia fought a battle at Ellandune, in which Egbert gained the victory; but there was great slaughter on both sides." Sax. Ch.

"Under Elendoune the betaile was smyten,
Men syng in that cuntre, (fele zit it witen)
Elendoune! Elendoune! thi lond is fulle rede
Of the blodeof Bernwolf,ther he toke his dede." Langtoft, pp. 14. 15.

fugit Bernulfus victus miserabiliter. Hoc eventu Egbertus elatus, et animum ad altiora extendens, Ethelwulfum filium suum cum electa manu in Cantiam misit, qui provinciam dominatui West-Saxonum adjicerent. Missi igitur efficaciter imperatis institerunt, nimioque labore Baltredo rege Cantiæ devicto, ac ultra Tamesin fluvium expulso, Cantiam, Suthereyam, Australes et Orientales Saxones suæ parti subdiderunt, anno regni ejus vicesimo quarto. Nec multo post Orientales Angli, reges Merciorum Bernulfum et Ludecanium trucidarunt; eorumque successor Wichlafius, primo ab Egberto regno fugatus, mox in fidem tributariam susceptus est ab eodem. Eodemque anno Northanimbri, timentes ne diu conceptam iram in ipsos effunderet, tandem, datis obsidibus, faverunt deditioni. Ita tota Britannia potitus, reliquum vitæ, annos scilicet novem, tranquille cucurrit, nisi quod extremis fere diebus manus Danorum piratica littoribus ejus est appulsa. Contra quos quum copiæ Anglorum constitissent, fortuna regem in primo conatu destituit, siquidem quum meliori parte diei victoriam pene occupasset, jam sole vergente in occasum palmam amisit. Sequenti vero die ingentem multitudinem parva manu interfecit. Igitur post annos regni sui triginta et septem et menses septem,‡ diem clausit extremum, sepultusque est Wintoniæ, et positus est ad patres suos.

---

‡ He died anno 836, having, according to Hardyng's Chronicle, reigned 35 years:

'When Kyng Egbert had fyue and thirty yere
Reygned in laude, and felt full great syckenesse,
Of which he dyed of Chrystes birth full clere,
The yere so then, VIII. C. was expresse,
Four and thyrty, nother more ne lesse,
At Wynchester then royally buryed,
As Flores sayeth and well hath notifyed."

De Ethelwulfo.

Anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo tricesimo septimo, Ethelwulfus, quem quidem Athulfum vocant, filius Egberti, regnavit annos viginti et mensibus quinque; qui sub quiete degere mallet quam multis provinciis imperare. Habebat filios quatuor, qui omnes successive regnaverunt. Contentus igitur avito regno West-Saxouum, cætera quæ pater subjugaverat, filio Athelstano tradidit. Burthredum regem Merciorum contra Britones juvit, et filiæ nuptiis non parum exaltavit. Piratas Danorum¶ per totam insulam navigantes et inopinatis appulsionibus littora omnia infestantes, frequentes calamitates per eos accepit: Londonia et omnis fere Cantia vastata est. Habebat enimvero duos suo tempore præcellentes præsules, beatum Swithunum Wintoniæ, et Ethelstanum Shereburniæ. Hi videntes regem hebetis ingenii, sedulis admonitionibus ad scientiam regnandi stimulabant: Swithunus regem ad cœlestia informabat; Ethelstanus forensia non negligenda docuit; et eundem contra Danos animabat, pecunias fisco sufficientes congregans, et exercitum componens. Post triumphatos hostes, ad Dei cultum conversus idem Ethelwulfus, *decimam omnium hidarum intra regnum suum famulis Dei concessit;*

¶ There is some defect in the grammar of this passage. We might correct it thus: "Piratis Danorum per totam insulam navigantibus et inopinis appulsionibus littora omnia infestantibus, &c."

‖ This notable Charter, whereby this Monarch bestowed upon the Church a tenth of the land (not a tenth of the produce of the land) is printed in William of Malmesbury's Life of Aldhelm: Perfeci, ut decimam partem terrarum per regnum meum sanctis Ecclesiis darem &c. ..... Placuit autem Ahlstano Shireburnensis Ecclesiæ Episcopo, et Sulthino Wintoniensis Ecclesiæ episcopo, ut omni Sabbato tota congregatio quinquaginta psalmos, et unus quisque Presbyter duas Missas omni hebdomada cantet pro Rege Ethelwulfo et Ducibus in hoc consentientibus &c."

liberam† ab omnibus functionibus et absolutam inquietu dinibus. Compositoque regno Romam adiit, et tributum, quod usque hodie Anglia solvit, beato Petro obtulit coram Leone papa 4to, qui et antea Alfredum filium suum ad se missum honorifice susceperat et in regem inunxerat.‡ Ibi igitur anno integro moratus, scholam Anglorum, quam ab Offa Rege Merciorum, ut dicitur, primitus institutam, primo anno ignis conflagraverat, egregie reparavit. Inde domum per Galliam repatrians, Judith filiam Caroli Calvi regis Francorum duxit in matrimonium. Qua accepta quum ad propria rediisset, aliter quam putabat, animos quorumdam offendit; siquidem Ethelbaldus filius ejus et episcopus Shiresburnensis Ethelstanus et Erulerfus Sumersetensis comes pro uxore alienigena a regno eum expellere nitebantur. Sed maturiori mediante consilio, regnum inter patrem et filium divisum est, sic, ut patri deterior pars, scilicet orientalis, daretur, filio vero melior cederet, scilicet pars occidentalis. Ipse vero uxorem multum honoravit, et contra morem West-Saxonum juxta se in thronum locavit. Qui mos apud ipsos inolevit, propter malitiam Eadburgæ* filiæ Offæ regis Merciorum uxoris Bertricii; quæ quum esset venefica, compertum est ejus veneficium in quodam adolescente regi dulcissimo, quem illa veneno sustulit; statimque Bertricius decubuit et discessit ex potu, quem ipse suæ re-

† Anno 855. "Eodem anno magnificus rex Ethelwolfus decimam regni sui partem Deo et beatæ Mariæ et omnibus sanctis contulit, liberam ab omnibus servitiis sæcularibus, exactionibus et tributis." Flores Hist.

"He was first of Inglond that gaf God his tithe,
Of isshue of bestes, of londes or of lithe (tenements)."

Langtoft's Chron. p. 19.

Of St Swithun, by whose advice, no doubt, Ethelwolf's benefactions were directed, we have the following notice in the Flores Historiarum:

"Anno Gratiæ 862, Sanctus Swithinus, Ventanæ civitatis episcopus, migravit ad Dominum. Hic vir sanctus, dum adhuc viveret, multarum erat possessor virtutum, præcipue tamen clementia et humilitate pollebat."

‡ The anointing of Prince Alfred as king, during the lives of his three older brothers, has caused much perplexity to historians.

* Also called sometimes Ethelburga. "Brygthicus, thus well and knyghtly ruling his

ginæ conscientia prægustaverat. Exiisus ergo rumor de regina in vulgus, veneficam a regno excedere coegit. At illa ad Carolum Magnum profecta, forte illum cum uno filio stantem invenit. Quam Imperator, ludibundus et joco plenus, eam, quem mallet, vel se vel filium, eligere præcepit. Tunc Eadburga juvenem eligente, Carolus nonnihil motus respondit, "Si me elegisses, filium meum in maritum habitura esses; sed quia filium meum elegisti, nec me nec illum habebis." Hujus malitia perculsi Saxones decretum quod dixi, protulerunt; sed id Ethelwulfus infirmavit. Hic itaque ante mortem testamentum fecit, quo, post divisionem regni inter Ethelbaldum et Ethelbertum filios, filiæ quoque dotem confirmavit. Iste Ethelwulfus de donis terræ suæ, scilicet de decima hida, viduas videlicet et pauperes . . . . . vestium ac cibarii præcepit; ac chartam eisdem de eadem re composuit, et super altare capitali in Wintonia obtulit, anno Domini octingentesimo quadragesimo quarto, indictione quarta, Nonis Novembr. Omni etiam anno trecentas auri marcas jussit Romam mitti; quarum centum beato Petro, centum beato Paulo ad luminaria, centum etiam apostolico ad donaria expenderentur. Ab hoc Anglorum Rege chronica refert genealogiam usque ad Adam. Hujus etiam anno regni octavo decimo obiit Lotharius, a quo Lotharingia§ nomen habet, filius Lodovici pii, filii Caroli Magni, regni sui tricesimo tertio.

De Ethelbaldo et Ethelberto.

Anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo septimo, duo filii Ethelwulfi, regnum partientes, Ethelbaldus in

lande, his wyfe, namyd Ethelburga, not with hym contentyd, as she ought to be, soughte dyvers wayes and meanes how she myght brynge hir lorde out of lyfe, so that finally she poysonyd hym with many other of his household meyny (attendants)."

Fabyan's Chron. p. 146.

§ Lorraine.

West-Saxonia, Ethelbertus in Cantia, regnaverunt. At Ethelbaldus perfidus patris thorum polluit; et Judith novercam, post obitum patris, in conjugium sumpsit: sed post quinquennium defunctus, apud Shireburne sepultus est. Toti regno frater ipsius imperavit. Hujus tempore piratæ, appulsi Hamptoniam, Wintoniam direptioni dederunt.† Sed mox a ducibus regiis fugati, circumgirato pelago, Tanatos insulam, quæ in Cantia est, elegerunt ad hiemandum, datis scilicet obsidibus Cantuaritis; sed postea fracto fœdere totam regionem vastabant; quapropter fidefragos expulerunt. At Ethelbertus dulciter et strenue regnum moderatus, naturæ debitum solvit, et post regni quinquennium Shireburniæ sepultus est.

De Ethelredo rege.

Anno Domini octingentesimo sexagesimo septimo, Ethelredus filius Ethelwulfi paternum regnum obtinuit eodem numero quo fratres. Qui infra unum annum novies conflixit cum Danis; a quorum parte interfecti sunt comites novem, rex unus, ac plebs innumerabilis. Siquidem temporibus ejusdem regis martyrizatus est sanctus Edmundus; atque Orientalium Anglorum pagi cum urbibus et vicis a prædonibus possessi, anno videlicet Domini octingentesimo LXXII. Northanimbri quoque civilibus dissentionibus fluctuantes, adveniente hoste, correxe-

† These frequent and terrible visitations of the Danes Matthew of Westminster deplores with as much pathos and eloquence as justice and piety, imputing them as a retribution upon the people for their sins, and upon the nobles especially for their corrupt manners, and degeneracy from the pious munificence of their ancestors. "Nunc igitur, quum ad plagam maximam et horribilem pervenimus, quæ, peccatis exigentibus, per Danos Angligenis nationibus illata est, libet ejusdem cladis causam ad cautelam futurorum breviter legentibus intimare. In ecclesia quidem Anglorum primitiva religio clarissime resplenduit, ita ut reges et reginæ, principes ac duces, comites et barones, ecclesiarumque rectores, cœlestis regni desiderio succensi, monachatum, spontaneum exilium, vitam solitariam, ut præmonstravimus, certatim appetentes, relictis omnibus, Dominum sequerentur. Processu vero temporis, adeo in eis omnis virtus emarcuit, ut

runt discordiam: postea cum iisdem hostibus conflictum habituri, in obviam prodeunt; sed facile pulsi, intra urbem Eboracum se includunt; qua mox a victoribus succensa et tota devastata, Northanimbri Danorum dominium multo post tempore ingemuere subjugati. At vero Rex Ethelredus, multis laboribus confractus, obiit, et in Wimburne || est sepultus.

De Alfredo rege.

Anno Domini octingentesimo septuagesimo secundo, Alfredus regnum accepit, qui unctionem a Papa Leone prius acceperat‡ et coronam, quam viginti annis et semis laboriose, sed fortissime, rexit. Qui, continuis IX annis cum hostibus decertans, ad hoc tandem impie coactus est, ut vix tribus plagis in fide cedentibus, id est, Hamptesyre, Wyltesyre, et Summersetsyre, in insulam quandam vix accessibilem, no-

---

nulla gens proditione vel fraude eis consimilis videretur. Nec erat eis invisum aliquid nisi pietas et justitia, nec honor nisi bella plus quam civilia, et sanguinis innocentium effusio. Misit ergo eis Deus Omnipotens gentes Paganas crudelissimas, velut apum examina, quæ ne sexui quidem muliebri aut parvulorum parcerent ætati, Danos scilicet, et Norwigenses, Gothos, et Swathedos, Wandalos et Fresos, qui ab exordio regis Ethelwolfi usque ad Normannorum adventum, per annos ferme CCXXX terram hanc peccatricem, a mari usque ad mare, et ab homine usque ad pecus, deleverunt. Siquidem Angliam crebro et undique invadentes, non eam subjugare ac possidere sed prædari ac perdere satagebant. Qui si aliquando vincerentur, nihil proficiebant Angli, quum alibi classis major et exercitus ex improviso et subito adveniret."

It has been justly remarked that the Romans conquered and civilized the natives of Britain; the Saxons conquered and incorporated with them; the Normans conquered and dispossessed the conquered: but the Danes conquered, only to plunder and desolate and destroy: "Romani siquidem Britanniam sibi brevi subjugaverunt, et lege dominantium splendide rexerunt: Saxones autem, pro viribus paulatim terram bello capessentes, captam obtinebant, obtentam ædificabant, ædificatam legibus regebant; nec non et Normanni cito et breviter terram subdentes sibi, victis vitam et libertatem legesque antiquas regni jure concesserunt. Dani vero terram undique creberrime et undique diutissime insilientes et assilientes, eam non obtinere, sed prædari et perdere studebant, et omnia destruere, non dominari cupiebant." Roger de Hoveden, Annal. p. 412.

|| Wimbourne in Dorsetshire, famous for a beautiful old minster.

‡ "Alured was fayre of shappe, and more loued of fader and moder than his other bretheren, and dwellyd in his fader's courte to the yere of his age twelue, and was not yet lettred; yet after that the chylde lerned ryght wele, and helde saxon poesye in mynde. He passed other men in crafte of huntyng, and was a subtyll maister of buildynge, and of other werkes, He gadred psalmes and orysons togyder in a lytel book, and called the book MANUEL, that is an hand-booke, he hadde that book with him alway. He was but a

mine Ethelingiam, § refugerit. Ubi tunc contigit ut solus domi inclusus, sociis ad piscandum dispersis, dormiret; et ecce Lindisfarnensis Cuthbertus episcopus verbis his alloquitur dormientem; "Ego sum Cuthbertus, si audisti; misit me Dominus, ut prospera tibi nunciem. Quia enim Anglia dudum peccatorum pœnas enormiter luit, modo tandem Deus, indigenarum Sanctorum meritis misertus, super eam misericorditer respicit. Tu quoque, qui tam miserabiliter a regno excluderis, gloriose post parvum tempus reponeris. Et hoc signum habebis eximium: venient hodie piscatores tui, magnam piscium copiam afferentes; quod erit eo mirabilius, quod his diebus fluvius congelatus nihil tale sperare promittit. Super hoc, etiam gelido rore stillans aer omnem piscantium artem eludit." Simili modo idem Sanctus apparuit matri suæ, et ejusdem nuncii lætitia comfortavit. At quum ambo idem se somniasse frequenti verborum recursu iterarent, piscatores ingressi sunt cum tanta piscium copia, ut magni exercitus ingluviem exsaturare posse videretur. Nec multo post, exire ausus ab insula, periculo se dedit, et regis Danorum sub specie mimi subiens tentoria, ut jocularіæ artis professor, in secretiora triclinii admissus, nil fuit arcanum quod oculis non exciperet vel auribus; et sic ad insulam præfatam rediit. Congregatisque comitibus et animatis, exponit inimicorum otium; præmissisque exploratoribus, eosdem incredibili strage cædit: et sic residui cum rege suo dederunt obsides, quod Christianitatem susciperent: quod et factum

---

symple Gramaryon, for that tyme was not one techer of gramer, in al his kyngdom. Therefor by counseyl of Neotus the abbott, whom he vysyted ryght ofte, he was the fyrste that ordeyned comyn scoles at Oxenford of dyuers artes and scyences, and procured fredome and pryveleges in many articles to that cyté; he suffred no man to take degre or ordre, to what maner dygnyte of holy chirche, but he were wel lettred." OLD TRANSLATION OF THE POLYCHRON b. 5, c. 1.

§ Athelney, a rising spot of ground, formerly an island in Somersetshire, washed by the waters of the river Thone.

est; nam eorum rex Gudram (quem Gurmundum dicimus) cum XXX proceribus et cum omni pene populo baptizatus est. Deditque ei idem rex Alfredus provincias, Northanimbrorum scilicet et Orientalium Anglorum. Sed, quia non mutabit Æthiops pellem suam, datas sibi terras quum tyrannice tractasset undecim annis, duodecimo anno mortuus est, posteris perfidiæ successionem relinquens, donec Ethelstanus Alfredi nepos de Edwardo filio eos subjugavit, regnum unum Angliæ faciens, sicut hæc dies invenit. Cæteri ex Danis qui Christiani esse nolebant, cum Hengisto mare transierunt; ubi quæ mala fecerunt indigenæ norunt. Iste Alfredus genuit Edwardum, et Ethelardum, Elflegam Merciorum dominam, Elgivam quoque Sanctimonialem, et Egfridam virginem. Iste Alfredus Hundredos et Tetingas * instituit; ut si quis alicujus delicti intitularetur, ad Hundredum exhiberet, qui eum vadiarent..... et qui hujusmodi vadem non reperiret, severitatem legum horreret. Hoc consilio tantam pacem terræ profudit, ut in quadriviis armillas aureas suspendi juberet; nec erat qui eas arriperet.† Et cum in scripturis versaretur, composuit libros, transmutans eos in patriam linguam; libros scilicet, qui appellantur Orosius, Pastorale Gregorii, Gesta Anglorum secundum Bedam, Boecium de Consolatione, et librum proprium quem patria lingua Enchiridion vel Manuale appellavit. Psalterium transferre aggressus, vix prima parte explicata vivendi finem fecit. Hic et mirabiliter vitam duxit: viginti quatuor horas diei et noctis divisit in tres partes, ita scilicet, ut octo horis vacaret lectioni et orationi et scripturæ; octo horis aliis, intendebat ad regni negotia; octo etiam in corporis cura transegit. Erat siquidem in capella sua candela, et serviens, cui hæc committebatur

* Tithings.

† This Monarch, a shining light in a dark age, the pride and boast of the Saxon name, the mirror of true glory, was as eminent in private for his piety and learning

providentia, ut per combustionem candelæ regem de singulis admoneret officiis. ‡ Itaque Alfredus piissimi regis Adhulfi¶ filius, viginti novem annis sexque mensibus regni sui peractis, migravit ad Dominum, videlicet Calendis Novemb., et Wintoniæ est sepultus.‖

De Edwardo Rege.

Anno Domini noningentesimo primo successit Edwardus, filius Alfredi in regnum, et tenuit annis viginti tribus, in literarum scientia patre inferior, sed in regni potestate glo-

---

as illustrious for his wisdom and policy, whether we consider him as a legislator, a hero, or a king. Upon the final expulsion or subjugation of the Danes, who had so long disturbed, ravaged, and infested the kingdom, the throne, no longer liable to be shaken by intestine commotions, began to be settled upon a permanent basis, the people to enjoy the blessings of peace and the benefits of a regular and salutary polity, and the arts, Religion, and Literature to lift up their heads and flourish. By his laws (of which those of Kings Ina and Offa formed the ground-work) posterity, even to our own times, have been benefited; and these were rigorously, and impartially enforced.

"And to the judges and men of law well learned,
The fyfte part of his wealth he did dispende,
To holde the lawe in peace truely gouerned,
Disposed thus he was the realme t'amende.
This was a Kyng ful greatly to commende."

Hardyng, p. 204.

‡ Such a regular distribution of time and methodical arrangement of business is the best and surest means of success in the affairs of life. Many who from obscurity have become eminent, and from small beginnings have acquired wealth, have generally been remarkable for a proper economy of their time. Two conspicuous examples of such a practice will suffice to stimulate others to a similar procedure; Sir Edward Coke's maxim and rule was:

"Six hours to sleep; to law's grave study six;
Four to the world; the rest on nature fix."

But the late Sir William Jones, (whose biography by Lord Tynemouth is not excelled by any similar work in our language) was a wiser economist of the precious, but fleeting hours of life:

"Seven hours to sleep, to Law's grave study seven;
Ten to the world allot, and all to Heaven."

But our Chronicler, being a zealous Romanist and therefore desirous to keep the Sacred Volume closed to the eyes of the vulgar, studiously omits to mention this Monarch's greatest and holiest work, the partial translation of The Bible into Saxon; nor do we remember to have seen this important fact in any of the printed Chronicles of the Monkish ages. "But" says Sir Richard Baker "the chiefest of his works for the service of God and good of his subjects, was the translation of The Bible into the Saxon tongue, which was then the mother-tongue of this land."

¶ More commonly called Ethelwulf.

‖ Viz, at Hyde Abbey, just without the walls of that City, where was found a few years ago a stone Tablet, simply inscribed Alfredus rex. "Rex Aluredus sepultus est in Novo Monasterio apud Wintoniam," which he had founded, and where

riosior. Iste siquidem Edwardus per loca opportuna veteribus urbibus reparatis, replevit eas manu militari, quæ incolas protegeret, hostes repelleret. Adeo tempore suo virtutes provincialium in prœliis coaluerant, ut, si audirent inimicos adventantes, rege et ducibus inconsultis, certamen inirent, et vincerent.

Ethelwulfus quidam primis diebus hujus regis multa molitus, ejus dominium dedignabatur, asserens se non inferiorem genere vel virtute. Sed a proceribus, qui fide obstricti fuerant, in exilium trusus, piratas adduxerat; cum quibus interfectus, didicit stultum esse contra potentiores recalcitrare.

Genuit autem Edwardus ex Egwinna § illustri fœmina primogenitum Ethelstanum, et quandam filiam, quam idem Ethelstanus nuptam tradidit Sichtricio regi Northanimbrorum. Genuit et ex Elfleda Ethelwardum et Edwinum, et filias Elfledam, Edgivam, Ethelhildam, Edildam, Editham, et Elegivam. Prima et tertia cœlibatum Deo voverunt. Jacent Wintoniæ juxta matrem suam. Edgiva nupsit Carolo regi filio Ludovici Balbi, filii Caroli Calvi. Edildam dedit Ethelstanus Hugoni Francorum regi, ut infra proximo Capitulo. Editham et Elgivam misit idem Ethelstanus Henrico Imperatori Alemanniæ. Quarum una nupsit Ottoni filio suo; altera vero cuidam Duci juxta Alpes. Genuit et ex altera uxore,* Egiva nomine, Edwinum et Edredum, qui ambo post Ethelstanum regnaverunt; et duas filias, Edburgam Deo sacratam, quæ Wintoniæ qui-

---

also his son and successor Edward was interred: "Dedit et Novo Monasterio, quod pater suus Alfredus erexit in Wintonia, prædia multa, in quo quiescit humatus."
WHARTON'S ANG. SACRA, vol. I. p. 289.

§ Sir Richard Baker, in his Chronicles, asserts that "Edward had, by his three wives, six sons and nine daughters, of whom his eldest son Athelstan succeeded him in the kingdom, whom his grandfather King Alfred had with his own hands knighted in an extraordinary manner, putting upon him a purple robe, and girding him with a girdle wrought with pearl." Pag. 9.

* Viz: his third wife.

escit, et Edgivam speciositatis eximiæ puellam, quam Ethelstanus conjunxit Lodowico Aquitanorum principi. Filias suas ita instituerat, ut primo literis vacarent, postea colum et acum exercerent; filios etiam, ut plena eruditio literarum in eos efflueret; ut ad rem publicam non jam rudes procederent.

His [temporibus] Rollo † primus dux Normanniæ ducatum obtinuit ex dono Caroli qui Edgivam filiam Edwardi duxerat. Qui quum ab adstantibus moneretur, ut regis pedem pro dono oscularetur, dedignatus genibus ejus advolvi, pede apprehenso regem resupinatum prostravit. Sequutus est risus Normannorum, Francis factum reprehendentibus. Excusat Rollo impudentiam, allegans patriæ suæ morem. Post hoc Rothomagum adiit, ibique diem clausit.

Post annos Domini noningenta quatuor absolutus est rex Edwardus, et reconciliatus Papæ Formoso per Plegendum archiepiscopum Cantuariensem,‡ qui uno die septem ordinavit episcopos apud Cantuariam, ad ecclesias West-Saxonum, quæ per septem annos destitutæ fuerant episcopis. At Edwardus viam universæ carnis ingressus est; § quiescit apud Wintoniam ubi ante quadriennio fratrem suum Ethelwardum sepelierat.

---

† A. D. 876. "This year Rollo penetrated Normandy, and he reigned fifty winters." SAX. CHRON. "Rollo cum suis Normanniam penetravit 15 Kal. Decembris."

FLOR. anno 876.

‡ PHLEGMUNDUM: Plegmundus fuit magister Aluredi regis bene literatus; qui jussu Papæ Formosi destitutas Ecclesias Episcoporum per Angliam instituit Episcopos, et in urbe Dorobernii septem Episcopos uno die consecravit, et sedit annis XXIV."

STEPH. BIRCHINGTON'S Vitæ Arch. CANTUAR.

Phlegmundus omnium sui temporis vir doctissimus, in Mercia oriundus, adolescens adhuc monasticam vitam amplexus, complures annos eremita vixit in insula Cestria, quæ ab illo Phlegmundtham dicta putatur."

GODWIN DE PRÆSUL. p. 48.

§ A. D. 925. "Et obiit iste rex nobilis Edwardus apud Farindon per XII milliaria ad occidentalem partem Oxoniæ, et sepultus est Wintoniæ in Novo Monasterio juxta patrem suum Aluredum."

J. ROSS. HIST. p. 97.

De Ethelstano rege.

Anno Domini nongentesimo vicesimo quarto Ethelstanus, filius Edwardi, regnare cœpit, et tenuit regnum annis sexdecim, coronatus apud Kingestoniam. || Frater siquidem ejusdem Edwardus, paucis diebus post patrem vita decedens, sepultus est cum eodem Wintoniæ. Cui Deus tantam gratiam conferre dignatus est, ut mereretur ab eo diligi et ab hominibus venerari. Hic fere omnia monasteria Angliæ ædificiis aut ornamentis aut libris aut prædiis honoravit. Lewelinum regem Wallensium et Constantinum regem Scotorum cedere regnis compulit; quos tamen non multo post in antiquum statum sub se regnaturos constituit, dicens gloriosius esse regem facere quam regem esse. Cum Sichtricio rege Northanimbrorum fœdus percussit, data ei in matrimonium, ut prædictum est, una ex sororibus suis. Quo post annum mortuo, provinciam illam sibi subegit, expulso quodam Adulfo qui rebellaverat. Post hoc, bellum habuit cum Analavo filio Sichtricii, qui spe invadendi regni cum dicto Constantino rebellante iterum terminos transierat, Ethelstano ex consulto cedente, ut gloriosius insultantem vinceret. At Analavus, juvenis audacissimus, quum tantum periculum imminere cerneret, depositis insignibus regiis, assumpta in manu cithara, ad tentorium regis nostri progreditur; ubi quum pro foribus psalleret inter convivas est admissus. Quum ingressus, inter psallendum, omnia oculis scrutaretur, post edendi satietatem abire jussus, pretium cantus accepit; quod asportare nolens sub se in terra defodit. Notavit hoc quidam, qui olim Analavo militaverat, et Ethelstano nunciavit. Hoc quum audisset,

|| Viz; ab Athelmo, Dorobernensi Episcopo. Flor.— "Qui Abbas quandoque fuerat Glastoniensis, et Wellensis Ecclesiæ primus constitutus Episcopus, Cantuariam vocatus Plegmundo successit. Sedit annos novem, moritur 924, ac inter antecessores tumulatus est. Idem.

tentoria sua ad alium locum amoveri jussit, ibique manebat donec partes relictæ venirent. At Analavus nocte episcopum quendam, qui vespere ad exercitum venerat, et tabernaculum ibi tetenderat, cum tota familia occidit. Tunc ultra progrediens, regem paratum ad prælium offendit; qui suos statim ad bellum excitans, quum rex manum ad gladium porrigeret, gladius ipsius e vagina elapsus, vix comparuit. Quocirca quum omnia plena formidine essent, inclamato Sancto Aldelmo et Deo, manum mittens ad vaginam, ensem invenit, et hoc dono Dei fretus, fugavit exercitum. Cecidit ibi Constantinus rex Scotorum, aliique quinque reges, comites XII, omnesque barbarorum progenies. Fugit tunc Analavus in Hiberniam, et frater ejus Godefridus in Scotiam.

North-Wallensium siquidem Britonum regulos apud Hereford coegit occurrere, et eos recalcitrantes in deditionem fecit transire. Et quod nullus ante ipsum præsumpserat, in effectum formavit, capiens ex eis, nomine vectigalis, annuatim XX libras auri, trecentas argenti, boves viginti quinque millia, canes etiam quotquot vellet et volucres.

Cornubienses, qui occidentales Britones dicuntur, ab Exonia, ubi cum Anglis æquo jure habitabant, expulit; constituitque terminos suos circa Cambrium fluvium, * sic Northwallenses citra amnem Walem habitare coegit. Exoniam urbem lapidibus et cæmento cinxit; plurima siquidem ejus insignia, tam in urbe illa quam in finitima regione, videntur. Ex quo factum est ut felices se æstimarent reges alienigenæ, si affinitate vel muneribus ejus haberent amicitiam. Haroldus rex Noricorum misit ei navem

‡ In the Saxon Chronicle is a highly poetical description of this second victory over the Scottish King, "quippe quod stylum Cadmonianum, elegantissimum plane, et in quo ducum res gestæ ob ejus sublimitatem decantari antiquitus solebant, aliquatenus saltem referat."

GIBSON, VIDE H. HUNT. p. 354.

* TAMBRIUM, vel TAMURIM, the river Tamar?

rostra aurea et velum purpureum habentem, circumgiratam clypeis deauratis.§ Adulfus filius Baldewini comitis Flandriæ veniens Abendoniam pro postulanda Edi'da ejus sorore Hugoni regi Franciæ, Ethelstano mira munera obtulit, aromata scilicet et lapides smaragdos, equos cursores cum phaleris; vas etiam quoddam ex onychino pulcherrimum, in quo fluctuare segetes, germinare vites, moveri homines viderentur; ensem quoque Constantini Magni cum clavo Domini * in capulo; lanceam Caroli, vexillum sanctum Mauricii; † diadema aureum lapidibus pretiosis ornatum; particulam Sanctæ Crucis crystallo inclusam, et portiunculam spineæ Coronæ Domini eodem modo inclusam. His donis magnificentissimis rex gavisus, non minoribus pene respondit beneficiis; qui et anhelantis animum nuptiis sororis refecit.‖

Tandem vitæ termino expleto, Ethelstanus apud Gloucestriam diem clausit anno regni sui sexto decimo. Corpus tamən ipsius ad Malmesberiam delatum est et sub altari tumulatum.

De Edmundo rege.

Anno Domini nongentesimo quadragesimo, Edmundus¶ frater Ethelstani, adolescens octodecim circiter annorum, tenuit regnum sex annis et dimidio. Hujus tempore Northanimbri pactum, quod cum Ethelstano pepigerant,

---

§ "Likewise the king of Norway sent him a goodly ship, with a gilt stern, purple sails, and the deck garnished all with gold."

Baker's Chron. p. 10.

* Cum clavo Domini, i. e. cum clavo quondam in Cruce Domini infixo, 'in the hilt of which was one of the nails which fastened Christ to the Cross,' says Baker.

† Who became Emperor of the Romans A. D. 583.

‖ Rex Athelstanus fundavit cœnobia de Midilton et de Muchelnensei, secundum Willielmum de Pontificibus. Et præcipuus benefactor erat ecclesiæ Sancti Pauli Londoniensis et ecclesiæ Beverlacensis et abbatiæ de Malmesburia, ubi sepelitur. Ross. Hist. 97.

corruperunt, et Analavum Sichtricii filium ab Hibernia revocatum regem statuerunt. At vero Edmundus, exercitum colligens copiosum, contra eos direxit. Quibus mox cedentibus, omnes civitates citra Humbrum fluvium suæ redegit potentiæ. At Analavus, animum regis tentans, cum Grimbaldo filio Gormundi deditionem obtulit, Christianitate obside. Quod quum diu non observaret, anno sequenti proximo pulsus est exilio. Provincia vero, quæ vocatur Cumberland, regi Malcolino Scotorum sub fidelitate tradita est. Veruntamen felices successus miserandus decoloravit exitus; siquidem veniens rex Cantiæ in festo Sancti Augustini, quum sederet in mensa, videt quendam latrunculum, quem ante sex annos propter latrocinia eliminaverat, inter convivas sedentem. Quem rex solus comperiens, prosiluit a mensa, et prædonem per capillos arripiens, ad terram allisit. Ille latenter sicam de vagina eduxit, et regem in pectus percutiens, interfecit, sed a concurrentibus satellitibus latro mox est membratim dissectus. Providebat hoc Sanctus Dunstanus gesticulationibus dæmonis ante se saltantis. Quocirca ad curiam properans, in medio itinere gestæ rei nuntium accepit, corpusque regium suscipiens, Glastoniæ sepelivit. Hujus tempore Willelmus filius Rollonis interfectus est.

De Edredo Rege.

Anno Domini nongentesimo quadragesimo sexto Edredus, tertius ex filiis Edwardi, regnum suscepit. Rexit annis novem et dimidio. Hic Northanimbros et Scotos, fidelitatem ei non servantes, cum quodam Rege Hericio super se statuto, pene delevit, totamque provinciam ferro fameque vastavit. Archiepiscopum Eboracensem Wolstanum,* quia compatriotas tueri dicebatur, diu in vinculis

* "Duo fuerunt isto sæculo Wolstani Archiepiscopi Eboracenses: alter obiit anno 956, juxta Florentium et Chronicon Mailronense; alter Adulpho successit anno 1002,

tenuit; sed postea ob Clericatus reverentiam evinculis relaxavit. Ipse interea sanctis omnibus acclinis, Deo et Sancto Dunstano vitam suam devovit. Cujus monitis tortiones corporis crebras patienter sustinuit. Tandem discessit magno luctu hominum prosequutus, sed gaudio angelorum: siquidem Dunstanus, ægrotantis nuncio audito, dum illuc festinaret, vocem desuper audivit: *Modo rex Edredus obdormivit in Domino!* Requiescit Wintoniæ.†

De Edwio rege.

Anno Domini nongentesimo quinquagesimo quinto, Edwius, filius Edmundi fratris Ethelstani, regnum suscepit, et quatuor annis tenuit. Hic, die coronationis suæ, cuidam Nobili abstulit uxorem consanguinitatis linea sibi proximam, eo quod in ipsius pulchritudine deciperetur. Et dum rebus regno necessariis inter proceres ageretur, subito e medio prosiliens rex in triclinium, in complexum mulieris est devolutus. Solus Dunstanus, non veritus lascivientem juvenem, ex cubiculo abstraxit, et per Odonem ‡ archiepiscopum candenti ferro mulierem deturpari coegit; unde perpetuus factus est ei inimicus, eamque in Flandriam exulare compulit. Rex itaque miserrimus, satellitibus subnixus, in tota Anglia monastici ordinis homines, primo facultatibus nudatos, exilio deportavit et calamitatibus affecit. Pœnas luit in hac vita, maxima parte regni mutilatus. Qua

---

juxta Florentium et Westmonasteriensem." Wharton's Ang. Sac. v. 1. p. 133. Of the former of these Primates we are informed by Godwin, p. 659, that he was a traitor to his king and country, false to his oath, and an abettor of the enemies of the Christian name, 'nec sacramenti regi de more præstiti, nec patriæ memorem, vel religionis quam profiteretur; rebus studuisse Danorum, Christiani nominis hostium crudelissimorum, qui Angliam his temporibus diuturno atrocissimoque bello affligebant."

† In the old Minster at Winchester. Of this priest-ridden monarch Sir Rich. Baker says, "that he committed all his treasures and jewels also to the custody of Dunstan. The stately abbey of Mich at Abingdon near Oxford, built by King Ina, but destroyed by the Danes, was re-edified by him.

‡ Odo, Wintoniensis episcopus, successit Willelmo; qui fuit de stirpe Daniticæ gentis

injuria percussus vivendi finem fecit. Collocata tamen ipsius anima in requie per Dunstani interventum; jacetque Wintoniæ tumulatus.¶

De Edgaro rege.

Anno Domini nongentesimo quinquagesimo nono, Edgarus filius Edmundi, juvenis annorum sexdecim, regnum adipiscens, eodem numero ferme tenuit. Denique ipso nascente, dicunt Dunstanum audisse vocem angelicam dicentem: "Pax Angliæ, quamdiu puer iste regnaverit, et Dunstanus noster vixerit!" Respondit veritas rerum cœlesti oraculo. Adeo illis viventibus ordo ecclesiasticus effloruit, ut nullus fere annus præterierit, quo non monasteriis aliquid contulerit, vel monasteria fundaverit.‖

Regem siquidem Scotorum Kynnadium, Regem quoque Cumbrorum Malcolmum, omnesque Reges Wallensium ad curiam suam venire coegit, atque eos sacramento sibi obligavit. Nullus prædo, vel latro ipsius tempore durare potuit, quin secundum excessum suum statim puniretur. Cuidam et regi Walliæ mandavit, ut annuatim sibi trecentos lupos de certo tributo transmitteret; quod et fecit per triennium, nec de cætero potuit illis in partibus lupus inveniri; et sic de tributo illo quietus remansit.

Hujus siquidem tempore perfectum est a fundamentis Monasterium Eliense, Burghense, Thorniense, ab Ethel-

oriundus; qui Edwardum, fratrem Athelstani, et eo mortuo Eldredum apud Kyngestoniam coronavit; ..... perpendens tot sanctos monachos in Archiepiscopatu præcessisse, mari transito apud Floriacum monachalia suscepit; et in Angliam rediens, Archiepiscopus ordinatus est." Steph. Birchington, Vitæ.

¶ In the Church of the new Abbey of Hyde at Winchester. Baker.

‖ His pious and manifest acts were, that he built seven and forty Monasteries, and meant to have made them up fifty; but was prevented by death. "But now his mixture of vice marred all; (says Baker) especially being a vice opposite to all those virtues, which was lasciviousness." After which, he particularizes sundry of this Prince's illicit and unholy amours.

waldo Wintoniensi episcopo§. At Ramesiam* idem rex in loco palustri construxit. Clericis † præterea de Wigornia expulsis, per prædictum Ethelwaldum, monachos instituit. Expulerat antea Ethelwaldus a Wintonia clericos, quando, mandata eis optione, elegerunt potius a loco eodem penitus amoveri, et molliter potius quam regulariter vivere.‡

Fama igitur regis audita, familiaritatem ejus optantes venerunt ad ipsum alienigenæ reges et principes, et sedentibus illis in quodam convivio, fertur Kinnadium regem Scotorum dixisse, "Mirum est tali homuncioni tot provincias subesse." Itaque id a quodam, Edgaro postmodum nunciatur. Accitus est tandem a rege, et solus cum solo in secretum locum adductus. Cui rex unum de duobus ensibus, quos secum tulerat, obtulit dicens, "Nunc licebit vires tuas experiri, quum soli sumus, ut appareat quis nostrum alteri subesse debeat: turpe est enim regi in convivio esse verbosum, nec ad arma paratum." Confusus ille obmutuit, et procidens ad pedes ejus veniam postulavit.

Ethelwoldus quidam comes eidem regi erat a secretis. Huic Rex injunxit ut filiam Ordgari ducis Devoniæ, nomine Elfridam, speculatum iret, ut eidem nunciaret si veritas pulchritudini ejus concordaret.|| At ille viam celerans et veram opinionem de ea comperiens, maluit eam sibi jungi quam regi, dicens eam communis formæ et facie vulgari.

§ Qui erat Confessor Regis Domini et secretorum conscius. Hist. Eliensis. Cumque insulam Eliensem seu prece seu pretio ab Rege comparasset, ex cœnobio Eliensi clericos octo una cum conjugibus vi ejecit, ut Monachos ibi collocaret. Tum apud Thorneiam et Petroburgum Monasteria per Danos solo æquata restauravit. Godwin, p. 210. "Nescires (inquit Malmesburiensis) in eo viro quid magis laudares, sanctitatis studium, an doctrinarum exercitium, in prædicatione instantiam, in ædificiis industriam."

* Quære Ramsey in Hampshire.

† i. e. The secular clergy, who observed no rule, in contradistinction to the Regulars or Monks.

‡ They preferred ease and comfort to the austerities of a monastic life.

|| This expression is scarcely intelligible; better, 'si veritas ejus pulchritudinis famæ concordaret;' or rather, 'si veritati pulchritudinis ejus fama concordaret.'

At rex, frontem serenam ostendens, duci dixit eidem se velle videre eam. Quam quum vidisset, in ejus amorem incidit, et odio dissimulato, comitem in silvam venandi gratia accivit, jaculoque transfodit. Ubi quum filius occisi supervenisset, a rege interrogatur, qualiter ei talis venatio placeret. Respondit, "Bene, domine; quod tibi placet mihi displicere non debet." Quo dicto nihil carius habuit in vita sua rex quam juvenem illum. Iterum rex, audiens cujusdam virginis Deo dicatæ pulchritudinem, eam violenter a monasterio abstraxit, abstractamque violavit; sed correptus a beato Dunstano, septennem pœnitentiam peregit. Veniens iterum Rex Edgarus Andeveriam, cujusdam ducis filiam pulchram nimis sibi adduci præcepit. At mater puellæ filiam suam sic concubinari nolens, ancillam suam satis decoram loco filiæ regi supposuit. Facto mane, mulier surrexit et regis pedibus provoluta, pro mercede connubii a Rege imploravit ingenuitatem. At rex a dominatoribus suis,‡ vellent nollent, mox reddidit eam ingenuam; eamque sibi connubiali fœdere conjunxit, donec Elfridam filiam Ordgari ducis accepit uxorem. De qua genuit Edmundum, qui ante patrem decessit, et Ethelredum qui post eum regnavit.

Rex siquidem quadam die veniens in saltum ad venandum cum sociis, ad insequendas feras dispersis, solus remansit, ac somno gravatus incubuit sub quadam arbore, sub qua rivus aquæ fluens currebat. Ubi canis femella prægnans ad pedes ejus decubuit, cujus catulos ipse in matris ventre latrantes audivit. Unde perterritus conspexit summitate arboris cadentia duo poma in flumen. Quorum collusione vox articulata insonuit, dicens, *Wel is te.* Nec multo post vidit in aqua urceolum vacuum, et urceum aqua plenum. Qui urceolo sæpius impingens ut aquam vacuo infunderet, nihil profecit, sed semper vacuus recessit, et

‡ 'A dominatoribus ejus,' the owners of the young female slave.

iterum quasi victor in urceum plenum impetum fecit. Rex itaque domum regressus, quum videret eum mater sua cogitatione turbatum, convenit eum ut faciem ejus serenaret. Quæ postero die exposuit ei visionem ita; "Latratus catulorum oblatratio est nebulonum post tua tempora. Duo poma collidentia duos filios tuos significant; fautores secundi extinguent primum. Tunc diversæ partis incentores dicent pueris utrisque, *Wel is te!* quia mortuus regnabit in cœlo, vivus in terra; namque urceus major qui minorem implere non poterat, hoc designat quod gentes Aquilonares, qui numerosiores sunt quam Angli, Angliam post mortem tuam impetrabunt. Sed tamen hunc angulum mundi nunquam implere poterunt, quoniam Angli nostri potius, quum maxime victi videbuntur, eos expellent, eruntque sub suo et Dei arbitrio usque ad præfinitum tempus a Christo.

Edgarus igitur, sanctam vitam ducens, sanctissimo fine vitam conclusit; et quod in conspectu Domini mors ejus pretiosa fuerit, post mortem ejus Deo operante miro modo patuit. Quum enim Edwardus, abbas Glastoniæ, corpus suum transferre proponeret, inventum est integrum et incorruptum, quum in terra per quadraginta septem annos quievisset; sed quum illud reverenter, ut deceret, levare debuisset, incaute levavit. Et quia petra nimis arcta erat, in qua corpus recondere proponebat, fecit membra secari, ut sic in petram corpus posset collocari. Hoc facto, exivit de membris ejus sanguis adeo recens, ac si homo vivus vulneratus fuisset.¶ Abbas vero continuo sensu alienatus, cadensque collo rupto mortem incurrit. Corpore, ut decuit,

¶ Peter Langtoft informs us that twenty four years after this monarch's death (i. e. about A. D. 1000) one Edward, who was abbot of Glastonbury made a tomb for his remains, which being too small, the shanks of the corpse were broken by the Abbat's directions, and that blood and water issued from the shanks, and the Abbat for this outrageous deed was struck with blindness!!!

"Of Edgar the king thus found I writen,
Pers tells the same thyng, ab his boke may witen:

feretro collocato, miraculorum insignia operatus est. Deus qui mirabilis est in Sanctis suis.

De sancto Edwardo martyre.

Anno Domini nongentesimo septuagesimo quinto, Edwardus, filius Edgari de Elfleda filia Ordmeri ducis, successit, regnans tribus annis et dimidio. Illum namque Dunstanus et cæteri episcopi consentanei in regem erexerunt; contra voluntatem quorundam optimatum et novercæ Elfledæ, quæ Ethelredum filium suum vix septennem provehi conabatur; siquidem mulier, novercali odio vipereum dolum ruminans, cogitabat qualiter innocentem tolleret e medio. Quod tandem sic consummavit. Contigit tum quadam die venatione lassus, ut sitiret, et dum post libata oscula porrectum ab ipsa poculum avide hauriret, a satellite sica confossus interiit, licet novercam et fratrem ex ea, congrua dum vixit pietate coleret, solumque nomen regis haberet, illis cætera permitteret. Et tunc equidem corpus ejus apud Werham ‡ jussum est sepeliri. Sed ostensa ibi de cœlo lumina; cito eum Deus miraculorum insignivit gloria, quum ibi omnis invalitudo in ægrotis prorsus sanitati redditur; et sparsus rumor per totam Angliam martyris merita prædicabat. Quocirca interfectrix excitata iter illuc arripere conabatur; sed quum evehi equo, quo semper insidere solita fuerat, casso labore attentaret, mutatoque

Sen four and twente yere that he in earth was laid,
An abbat of Glastebiri, Edward his name is said,
He did make a toumbe Edgar in to lay,
But it was over little, in all maner waye.
They broke in two his schankes, to make the toumbe mete,
The blode was bothe warme and fresh, that of the schankes lite,
The Abbat was alle blynd that dyd his bones breke."

‡ Or Wareham. "And he was buried at Wareham without any royal honour. No worse deed than this was ever done by the English nation, since they first sought the land of Britain.' Saxon Chron. But this tragical deed, perpetrated by the agency of an individual, is surely not chargeable on the whole nation. The Saxon Chronicle pronounces a just and pathetic panegyric upon this amiable prince: "Men murdered him; but God magnified him. He was in life an earthly king; he is now after death a heavenly Saint. Him would not his earthly relatives avenge; but his heavenly Father has avenged him

jumento idem casus sequebatur. Intellexit igitur, licet tarde, quid hoc portenderet. Quapropter quod per se non potuit, per alium fieri consensit, namque Alferius qui in multis malis incentivus erat, sed tunc pœnitens multo gemitu animum angens, corpore de ignobili loco levato, Septoniam transtulit, et honeste ibidem condidit. Nec tamen iram Dei effugit; sed post annum consumptus a vermibus, quos pediculos dicimus, expiravit; sed Elfleda de regali solio inclinata, dire pœnituit; multis annis apud Werwellam in cilicio convoluta, et quæque dura corpori adhibens, sic vitam deduxit.

De Ethelredo rege.

Anno Domini nongentesimo septuagesimo nono, Ethelredus, filius Edgari et Elfledæ, regnum adeptus, obsedit potius quam rexit triginta et septem annis. Ejus vitæ cursus, sævus in principio, miser in medio, turpis in exitu asseritur. Ignaviam‖ ipsius prædixerat Dunstanus, fœdo exemplo admonitus; nam quum parvulus in fonte baptismi mergeretur, ventris profluvio sacramenta violavit. Quare ille turbatus, "Per Deum" inquit," et matrem ejus ignavus homo erit iste." Hic etiam quum esset decennis, audiens de morte fratris sui Edwardi cœpit flere magno fletu. Unde mater ei furens et ad manum flagellum non habens, ita eum candelis arreptis verberavit, ut pene spiritum exhalaret. Quare ipse candelas abhorrens, in tota vita sua non est passus eas accendi coram se.

Procurante matre postmodo coronatus est a beato Dunstano, qui ei talia prædixit, " Quia per mortem fratris tui aspirasti ad regnum, propterea audi verbum; hoc dicit Dominus Deus: Non delebitur peccatum ignominiosæ

amply. The earthly homicides would wipe out his memory from the earth; but the Avenger above has spread his memory abroad in heaven and in earth. Those who would not before bow to his living body, now bow on their knees to his dead bones."

‖ His worthlessness.

matris tuæ et virorum qui interfuerunt consilio illius nequam, nisi multo sanguine miserorum provincialium, et venient super gentem Anglorum mala, qualia non est passa ex quo Anglia fuit."

Nec multo post, id est anno ejus tertio, partes Hamptoniæ et Wiltoniæ manus piratica depopulavit. Surrexit etiam discordia inter regem et episcopum Roffensem§; incertum qua de causa. Quapropter contra civitatem exercitum direxit. At Dunstanus eidem mandavit, ut furorem mitigaret, et sanctum Andream, in cujus tutela episcopatus est, non irritaret. Sed quum verborum nuditate nihil proficeret, misit ei centum libras, ut pretio emptus solveret obsidionem. Quo ille accepto, præcinctos ad prælium ad propria remisit. Miratus Dunstanus hominis cupiditatem, hoc per nuncios ei mandavit, "Quoniam prætulisti argentum Deo, pecuniam apostolo.....* velociter venient super te mala quæ loquutus est Dominus; sed hoc me vivente non fient."

Igitur post beati viri obitum,† — quindecimo regni anno fuit: — Dani undique omnes portus Angliæ aggrediuntur; ut nesciretur ubi eis opportunius occurri deberet. Decretum est ut repellerentur argento vel auro, qui non poterant armis vel ferro. Ita decem millia librarum soluta sunt, et Dani ab excursibus paulisper cessaverunt. Post hoc Danorum multa infestatione coactus est jam rex ad tributum quindecim [mille] librarum. Qui et regem eorum Anelafum, datis obsidibus, ad se venire fecit et baptizatum de forgen‡ suscepit, ac tandem sacramento constrinxit, ut nunquam

§ This was Bishop Alfstan. Anno 984. obiit ALLFSTANUS, episcopus Roffensis. De contentione inter ipsum et Etheldredum regem, consule FLORILEGIUM in anno 983. WHARTON, Vol. I, p. 532.

" Anno 983. surrexit inter Regem Athelredum et Episcopum Roffensem contentio, sed qua de causa habetur incertum. Quocirca Rex contra Roffensium civitatem obsidionem componens, eam debellare disposuit, nec desedere voluit priusquam ab episcopo centum libras accepit." WESTMONAS. p. 394.

* In the MS. is a similar gap.

† Archbishop Dunstan died in 988.

‡ Can this be an error for 'De fotcia' by compulsion?

reverteretur in Angliam. Sed non sic malum quievit; nam semper Dani pullulantes nusquam caveri poterant; sed Occidentalis provincia, quæ vocatur Deveneschira, destructa, et Exonia incensa; Cantia deprædata; urbs Cantuaria cum sede metroplitana conflagrata; in qua sanctus Elphegus capitur, et redimi non passus, lapidatur, ac tandem secure interficitur.§ Cujus sanguine aridum lignum rigatum reviruit, et sub unius noctis spatio frondere cœpit. Quo viso Dani mire pœnituerunt, et sacrum corpus Londonia m evehi patiuntur.

Resederat Turkillus Danus, qui fuerat incentor ut lapidaretur Sanctus Elphegus; habebatque Orientales Anglos suæ voluntati parentes. Turkillus interea regem patriæ suæ Suanum nunciis accersivit, ut in Angliam veniret, annuncians patriam optimam et Regem Anglorum vino et Veneri vacantem. Suanus vero primus in sanguinem eo venit libentius, ut Gunildis sororis suæ necem vindicaret, quam cum viro suo Palingo Edricus comes decollari fecerat. Tunc ergo Suanus per Orientales Anglos proficiscens in Northanimbros, eos sine pugna suæ ditioni subdidit, moxque veniens ad Australes regiones, Oxenefordenses et Wintonienses subegit. Soli vero Londinenses regem legitimum intra mœnia tutantes, portas clauserunt ||. Tandem Suanus, dimissa Londonia, Bathoniam petiit; ibi enim Eglemerius, occidentalis provinciæ comes, cum suis omnibus, ejus in manibus se commisit. Nec adhuc flecterentur Londonienses, nisi eos Ethelredus rex sua destitueret præsentia; nam obsidionem timens illos reliquit, et in Normanniam navigavit. Suanus interea invasam Angliam rapinis et cædibus urgebat. Sed tandem divina gratia

§ Elphegus in carcerem detruditur apud Greenwich, ubi per VII menses variis cruciatus tormentis, tandem furentium manibus lapidatur.

|| A. D. 994. "This year cam Anlaff and Sweyne to London, with four and ninety ships. And they closely besieged the city, and would fain have set it on fire; but they sustained more harm and evil than they ever supposed that any citizens could inflict upon them." SAX. CHRON.

propitiante, ad purificationem Sanctæ Mariæ vitam finivit, vindicante ut dicitur beato Edmundo rege et martyre patriæ suæ depopulationem. Quo defuncto, Dani Cnutonem elegerunt. Angli vero evocatum a Normannia Ethelredum regem statuunt. Nec multo post Ethelredus diem clausit extremum, scilicet die Sancti Gregorii papæ, et sepultus est Londoniis in ecclesia Sancti Pauli, quum regnasset laboriose triginta et septem annis.

De edmundo irensyde.

Anno ergo Domini millesimo sexto decimo, successit Edmundus filius Ethelredi, qui dictus est *Ferreum latus.* Hic, congregato exercitu, Danos fugavit. Diebus Rogationum, eisdem congressus, Anglis primo fugientibus, auctore Edrico comite, qui in parte adversariorum stans et gladium in manu tenens, quem cruentaverat in pugna, quodam rustico occiso; "Fugite" inquit, "fugite, miseri: ecce rex vester hoc ense occisus est." Fugissentque continuo Angli, nisi rex cognita re in medium procederet, et ablata galea, commilitonibus ostenderet caput suum. Tunc hastam in Edricum retorquens,—sed Edricus, eo proviso, in partem alteram divertens,— rex militem prope stantem petivit, adeo ut alium transfigeret. Quo facto, West-Saxones dominum suum cognoverunt.

Tandem, post multos conflictus, petiit Edmundus pugnam cum Cnutone singularem. Quod ille renuit, non ausus cum tanto et tam valido milite solus pugnare. Tunc ex consensu partium regnum diviserunt, Edmundo West-Saxoniam, Cnutoni Merciam. Nec multo post, in festo Sancti Andreæ extinctus Edmundus, Glastoniæ apud avum suum Edgarum sepultus est. Fama Edricum comitem inficit, quod favore alterius regis, Edmundi cubicularios et ministros præmiis illectos ipsius Edmundi mortem procuraverat. Frater quoque ejus ex matre cogitur exulare. Filii

quoque præfati Edmundi, Edwinus et Edwanus, mittuntur ad regem Suavorum ut perimerentur; sed ejus miseratione servati, regem Hunnorum petierunt. Ubi quum benigne aliquo tempore habiti essent, major diem clausit, minor vero sororem reginæ Agatham in matrimonium duxit. Fratres vero eorum filii Edmundi ex Emma, Elfredus et Edwardus, toto Cnutonis tempore in Normannia latuerunt.

De Cnutone Daco.

Anno Domini millesimo XVII, Cnuto regnare cœpit, et viginti annis regnavit, injuste tamen. Primis siquidem diebus regnum divisit in quatuor partes, scilicet Westsaxoniam sibi, Edrico Merciam, Turkillo Orientales Anglos, Erchicio Northanimbros. At primo interfectores Edmundi, qui spe ingentis præmii ad tempus delituerant, in medium produxit, et eosdem convictos suppliciis interfecit.

Eodem quoque anno considentibus et confabulantibus Cnutone rege cum Edrico comite proditore, in quodam solario supra Tamesin fluvium, dum asperius colloquerentur, Edricus improperans regi dixit, "Edmundum primo pro te deserui, post etiam ob fidelitatem tui† eum extinxi." Quo dicto Cnutonis facies immutata est; et continuo perlata sententia, jussit eum ligatis pedibus manibusque in Tamisiam projici. Succedente tempore Turkillus et Erchicius ab Anglia, captatis occasionibus, eliminati, natale solum petierunt. Quorum primus, qui beati Elphegi necis incentor fuerat, statim ut Danemarchiæ littus attigit, a ducibus est occisus.

Post hoc, Cnuto duxit Emmam, relictam Edmundi regis præfati, in uxorem*, accersitam a Normannia. Monasteria

† Erga te.

* By this politic measure of marrying the widow of the murdered Edmund Canute gained three very desirable ends; first, by marrying the Queen-mother of the rightful heirs to the throne, he won the love of the English; secondly, he secured the alliance, to him at this juncture especially necessary, of a powerful neighbour prince, her brother, the Duke of Normandy; and thirdly, by espousing the mother, he secured himself against the sons.

vero, quæ a suis vel patris sui concursibus fœdata vel diruta fuerant, reparavit. Ecclesiam ‡ quoque beati Edmundi regis et martyris construxit; abbatem et monachos instituit, egregieque ditavit. Corpus beati Elphegi propriis manibus levatum transtulit venerabiliter a Sancto Paulo Londinensi ad ecclesiam Christi Cantuariensem.¶ Anno igitur regni sui quinto decimo Romam adiit, et moratus ibi per aliquot dies, datis per ecclesias eleemosynis, in Angliam rediit.

Mox Scotiam rebellantem regemque Malcolmum subegit. Regnum et Noricorum†, fugato rege Olavo, suo subegit imperio. Qui et posteriori anno regnum ingressus, a comprovincialibus est occisus. Omnes etiam leges ab antiquis regibus et maxime a prædecessore suo Ethelredo latas sub interminatione regiæ majestatis observari præcepit.* Ejus et anno quintodecimo obiit Robertus rex Franciæ, coronato prius Henrico primogenito suo, procurante regina et annuente Roberto Normannorum duce. Ob quam rem idem Henricus admisit filium suum Willelmum in hæredem Normanniæ, proficiscente patre ejus Hierosolymam.

Cnuto vero post vicesimum annum regni sui obiit Septoniæ, et Wintoniæ sepultus quiescit.

De Haraldo Daco.

Anno Domini Mo XXXo sexto, Haraldus, qui æstimabatur filius Cnutonis ex filia Elfelmi comitis, regnum suscepit, et annis quatuor totidemque mensibus tenuit; electus per Danos et Londonenses, Anglis diu resistentibus, qui mallent regnare Hardenutum, vel unum de filiis Ethelredi quatuor, qui in Normannia morabantur. Confirmatus

‡ Of Bury Saint Edmund's in Suffolk.

¶ "In Ecclesia Paulina Londini sepultus Elphegus, mandato Canuti Regis ad suam Ecclesiam translatus ibi conditur sepulchro." Godwin.

† or Norinorum, the Norwegians.

* To the laws of his predecessors he superadded many despotic enactments of his own; among which, 'that a widow marrying within a twelvemonth after her husband's decease, should lose her jointure.'

tamen in regno novercam suam compulit exulare. Quæ nihil sibi tutum arbitrans, in Normannia, post mortem fratris et nepotum suorum, per triennium sub umbra deguit Baldewini comitis Flandriæ. Qui, defuncto rege Francorum Henrico, qui Philippum parvulum reliquerat filium, regnum Franciæ aliquantis annis nobiliter rexit. Adultoque Philippo fideliter restituit; nam ejus amitam uxorem habebat. Idem Haraldus, mense Aprili defunctus, Westmonasterio tumulatus quiescit.

De Hardecnuto rege.

Anglis igitur et Danis in unum convenientibus, accitus * Hardecnutus venit in Angliam mense Augusto, et annis duobus præter decem dies regnavit.‡ Nam filii Ethelredi fere omnibus despectui erant, magis propter paternæ socordiæ memoriam, quam Danorum potentiam. Hic siquidem consilio quorundam, Haraldi cadavere defosso, caput obtruncari jussit; et miserando mortalibus exemplo in Tamesin projici fecit. Sed id a quodam piscatore exceptum in sagina in cœmeterio Danorum tumulatur Londoniæ.

Tributum etiam inexorabile et importabile Anglis imposuit,§ quod dum per Angliam importune exigeretur, duo infesti, hoc munus exequentes, a Wigorniæ civibus extincti sunt. Veruntamen inter mortem Haraldi et exspectationem Hardecnuti, venit Elfredus, primogenitus Ethelredi de Emma, in Angliam, qui et a compatriotis et præcipue a Godwino comite Cantiæ traditus, apud Gilingeham excæcatus est, et missus Ely, interfectus; sola decima omnium, qui cum eo venerant, vitæ

* Hardicanute was then in Denmark.

‡ "Hardecnutus, dum apud Lambithe in convivio cum magna lætitia bibens staret, repente inter bibendum miserabili casu in terram corruit, et sic mutus permanens expiravit, et Wintoniam delatus, juxta patrem suum Cnutum est tumulatus." Rad. de Dicto.

§ This was the tax of ship-money, called Dane-gelt, wherewith to keep up his Danish army, which was offensive even at that time, and gradually became more and more so, till it ended, at last, in the overthrow of monarchy.

reservata. Hujus rei causa, Livingus,† episcopus Cridiensis, quia illum auctorem facti fama asserebat, ab episcopatu jussu regis extruditur. Sed post annum rege pecunia serenato restituitur. Godwinus etiam ad purgationem super ejusdem nece compellitur, qui pro gratia regis || plenius recuperanda dedit ei navem auro rostratam, habentem octoginta milites habentes in singulis brachiis armillas duas, singulas quindecim unciarum auri, habentes in capite cassides deauratas; in sinistra securim Danicam, in dextra hastile ferreum, et omnibus armis instructos.

Hardecnutus etiam misit Gunildam sororem suam pulcherrimam Henrico Imperatori desponsandam cum maximo honore et apparatu. Sed et ipsa ad sponsum proveniens, multo tempore fœdus conjugale fovit. Quæ postremo adulterii accusata, puerum suum ‡ quem aluerat et ex Anglia duxerat, contra criminis delatorem, hominem molis giganteæ, ad se defendendum dirigit. Itaque conserto duello, per miraculum Dei Gunilda per tyronem suum adepta de adversario suo triumphum, viro suo dedit repudium sempiternum.

De sancto Edwardo rege.

Anno Domini M. quadragesimo secundo, Edwardus, postmodo genitus Ethelredi, regnum suscepit Angliæ, mansitque in eo viginti quatuor annis, vir levis, tamen vir simplex et Deo devotus et idem ab eo dilectus: ita fovit eum Deus, ut non posset timere qui nesciret irasci. Cujus tempore omnia domi forisque quieta, omnia tranquilla. Erat igitur apud domesti-

‡ Her page or esquire.

† Afterwards bishop of Worcester "Plurimum etiam apud Edwardum regem Livingus Wigorniensis episcopus poterat; quem ante biennium gravissimi criminis accusatum episcopatu per Hardicanutum Alfricus amoveri fecerat." Flor. Wig.

|| "Godwinus pro morte fratris sui Alfredi et amicitia regis obtinenda, dedit ei navem auream, cum plostro aureo fabricatam et armamentis aureis instructam, armis decoris et octoginta millibus aureis decoratam. Horum autem militum quilibet in brachiis suis duas

cos ei reverentia vehemens, apud extraneos metus ingens. Et licet simplex videtur, habebat tamen comites,¶ qui eum humilem exaltarent, Siwardum scilicet Northanimbrorum, qui jussu ejus Machetam Scotorum regem vita et regno spoliavit, ibidemque Malcolmum, filium regis Cumbrorum, regem instituit, Leofricum quoque Herefordensem, qui eum contra Godwinum et fautores ejus fovit et sustinuit. Habuit et Haraldum comitem West-Saxonum, filium Godwini, qui Ris et Griffinum, fratres Wallenses, morti dedit.

Apud Wintoniam die Paschæ coronatus est ab Edsino Cantuariensi episcopo; et cito post duxit Editham filiam Godwini comitis Cantiæ, quam sic tractabat, ut nec toro amoveret nec eam virili more cognosceret. Qui Godwinus, post multa flagitia quæ fecerat, quum ad prandium regis mentio fieret de nece Alfridi fratris regis, volens se idem Godwinus inde se excusare, oravit sic, *Non patiatur Deus quod offam istam transglutiam, si fuerim conscius alicujus rei quæ spectaret ad ejus periculum vel tuum incommodum!* Et statim eadem offa suffocatus interiit. Quo facto, rex ait, *Extrahite canem hunc.*

Post hoc volens rex votum solvere quod beato Petro voverat, limina sua adire non est passus a magnatibus suis, qui et regi et regno et sibi ipsis timebant. Unde missis nunciis, absolutus est a voto. In cujus redemptione ecclesiam beati Petri Westmonasterii, jam pauperem effectam, reædificavit, et terris ac reditibus cæterisque pluribus donariis‖ ditavit.

---

habebat armillas aureas, XVI uncias appendentes, loricam auream trilicem, cassidem in capite auream, gladium aureis scapulis, renibus accinctum, securim Danicam ex auro fabricatam, in sinistro humero pendentem, in manu sinistra clypeum, cum umbonibus aureis et clavis, in dextra lanceam auream, quæ lingua Anglorum Hategar muncupatur." FLORES HIST.

¶ The counts or earls were, at first ministers, not of dignity, but of office, like the modern lord lieutenants of counties.

‖ This charter, granted to the Church of Westminster, was the first, that was confirmed under the bread seal; Edward being the first English king who used that large and stately impression for charters and patents.

Quumque jam diu vixisset, et de successore fieret sollicitus, tandem de Willelmo duce Normanniæ sedit ei sententia et stabile propositum, quod ei succederet in Anglia.

Edwardus iste tam in vita quam in morte multis effulsit miraculis; nondum enim natus a proceribus in regem eligitur, omissis primogenitis fratribus et adultis. Furi sua asportanti consuluit ad salutem. Inter missarum solemnia apud Westmonasterium vidit regem Danum in Angliam aspirantem, in mari submersum. Diabolum acervo pecuniæ male congregatæ vidit in specie simiæ insidere. Gillemichel Hibernicum contractum jam septimo a Roma redeuntem, ex beati Petri mandato, dorso suo impositum ad ecclesiam Westmonasteriensem detulit, et illico sanitati redditus est. Ibidem ad secretum missæ cum comite Leofrico Jesum Christum super altare conspexit. Die Paschæ in medio prandio mutationem laterum septem dormientium in monte Cælio se vidisse, per nuncios fideles illuc missos postea probavit. Annulum, quem beato Johanni Evangelistæ, in dedicatione ecclesiæ ejusdem, in habitu peregrini eleemosynam petenti dederat, ipse beatus Evangelista per duos peregrinos remisit; qui diebus nostris apud Westmonasterium a populo devoto osculatur.

Hic post XXIII annos regni sui, Westmonasteriensi prius dedicata ecclesia, obiit, et ibidem sepultus est. Cujus corpus post XXXVI annos integrum et incorruptum inventum est, et venerabiliter translatum, et in feretro repositum in eodem monasterio; ubi multa miraculorum insignia contigerunt.

Infra octavum depositionis suæ diem contractus quidam, Normannus nomine, quem ipse rex vivens alere solebat, nervis in poplite contractis, pedibus etiam ad celanda naturæ contractis, ad ejus tumulum veniens convaluit. Ibidem sex cæci et unus monoculus dux eorum visum integrum receperunt. Idem sanctus apparens Alexi abbati Rameseyæ mandavit Haraldo pugnaturo contra fratrem suum Tostinum et suos

complices, quod secure eos invaderet, dicens se futurum ejus ducem et protectorem, nec justitiæ gentis suæ post se deesse. Hunc cæcus quidam haud ignobilis ad signa pulsanda Westmon. deputatus hora meridiana, videt in somnis Sanctum* de sepulchro egredi; ac eum respiciendo arguere somnolentiæ, ut fratribus fidem somni faceret; et expergefactus, aperiens oculos, visum se gavisus est recepisse. Hoc et multa alia miracula propitius Deus pro eo operari dignatus est ad laudem et gloriam nominis sui.

De Haraldo rege filio Godwini.

Interea ante mortem sancti Edwardi regis, Haraldus filius Godwini comitis Cantiæ, seneschallus ejusdem, vir in Anglia potentissimus, vel a rege missus in Normanniam, vel proprio pulsatus instinctu, vel invitus et venti violentia ductus est. Quod itaque verius in hoc videtur, exponam. Venit Haraldus in prædium sui juris apud Folkstone, ubi ut animum oblectaret suum, piscatoris conscendit navigium; et quum in altum procederet, subito adversa tempestate coorta, ipse cum sodalibus suis in Pontinum portum applicuit; et cognitus a quodam piscatore, qui eum prodidit comiti Guidoni de Pontesio, a quo et captus est; et tandem Willelmo procurante redemptus est, et ab eodem duce Willelmo honorifice per longum tempus exhibitus. Post hæc autem fecit dux Haraldum super sacrosanctis jurare, quod, si superstes foret, quando rex Edwardus in fata discederet, integram ei custodiret et redderet Angliam, et clam filiam ducis duceret uxorem. Quod quum jurasset, ostendit ei dux illud scumarium, quod dicitur *Oculus bovis*, et cæteras infinitas relliquias quæ fuerant in magno vase cooperto pallio, dum ipse faceret juramentum,

* What virtues this king may have possessed (except his munificence to the Church).

uno solo filacerio deforis ostenso. Quibus visis, Haraldus obstupuit, et non multo post venit in Angliam, et invenit regem in extremis agentem. Tunc ducens coram rege plures de cognatis suis et amicis, rogavit ut regnum Angliæ ei concederet. Quo contradicente, et de Willelmo prætendente quod ipsum hæredem suum fecerat, Haraldo vero et suis, instanter petentibus, quasi connivendo vertens se ad parietem, dixit, "Faciant sibi Angli aut ducem aut regem super ipsos; sit."

Quo mortuo, ut supra diximus, et ad cœlestia translato, idem Haraldus, qui dudum ad regnum aspiraverat†, contra juramentum quod prius fecerat Willelmo duci Normanniæ de servanda eidem fideliter Anglia, post mortem Edwardi se fecit coronari apud Westmonasterium; regnavitque per novem menses, cui vitam regnumque Willelmus Bastardus, dux Normanniæ, subripuit.

De Willelmo duce Normanniæ Angliam acquirente.

Robertus siquidem filius Ricardi secundi, postquam ducatum gloriose annis septem Normanniæ tenuit, Hierosolymam pergere profectus est. Habebat tunc filium septennem ex concubina procreatum, quam loco uxoris habuit ac unice dilexit. Qui puer ex ea editus Willelmus a nomine abavi est dictus. Ipsa vero, post conceptionem ipsius, dormiens post pusillum ingemuit et planctum fecit; et requisita quare, dixit se somniasse, quod arbor quædam, de ventre suo procedens, totam Normanniam et Angliam obumbravit. Natus

that intitled him to the appellation of saint or confessor does not appear. He was certainly very chaste, having no inclination to be otherwise; he was just in his government; yet regardless of posterity; for he left the succession to the Crown so doubtful and disputable that the struggle for it was the cause of much mischief and bloodshed, and eventually it was for a third time transferred to a foreigner.

* The rightful heir was Edgar Atheling; but he being young and having no means of establishing his claim, Harold stepped into his throne; and to make him some amends

vero puer, per oblivionem obstetricis in stramine porrectus, ambas manus junco, quo pavimentum tegebatur, implevit. Quod quidem in prognosticum æstimabatur, quod in multam potestatem cresceret et probitatem: siquidem etiam obstetrix ipsius acclamavit puerum regem futurum. Qui quum aliquandiu apud Falesevam nutriretur, transiens Willelmus per eandem villam vocatus est a quodam burgensi, ut filium domini sui visitaret. At ipse ingressus in domum ubi erat puer, turpibus ei verbis insultavit, utpote qui totum ducis genus odio habebat, tam ipse quam genus suum, quod iniquum erat et pessimum.

Interea volens dux Robertus ire Hierosolymam, non est passus a suis transfretare præ timore Burgundiensium et Britonum, quorum utrique jus clamabant habere in Normannia, donec ipse dux filium suum eis dedisset in dominum, et ipsi eum libentissime ad ducis instantiam admitterent. Tunc filium suum Willelmum regi Franciæ præsentavit, qui suscepit ejus homagium et seysiavit eum de Normannia. Dux vero totam terram suam domino Britanniæ, Alano cognato suo, commisit custodiendam; qui cito post veneno interiit.

Post hoc, Willelmus¶, patruelis ducis Willelmi Bastardi, genitus de Pavia, comes de Caylo, frater Malgerii archiepiscopi uterinus, miles optimus et strenuus, duci Willelmo invidebat, et indignabatur quod ipse dux esset, quum non esset legitimus, confidens de rege Francorum. Cui Willelmus dux pro honore generis sui et pace firmanda, et fiducia habenda in ipso, dederat comitatum de Caylo. Ipse vero, spreta fide ducis, munito castro suo, cœpit ducem infestare

---

for his deprivation, created him Earl of Oxford; which was, says Baker, 'to use him like a child, take away a jewel and please him with an apple.'

¶ Commonly called William de Arques: he was brother of Edward.

et Normanniam vastare. Dux vero statim castrum condidit prope castrum ipsius, et positis ibi bonis militibus, arctavit ita Willelmum, quod nihil cibariorum potuit habere. Quo audito, rex Franciæ, disposito exercitu, fecit victualia parari et mitti versus Archas. Quod audientes Normanni per exploratores et insidias, caute Francos supervenerunt, et Hugonem Bardulf ceperunt, et comitem Abbevillæ interfecerunt, et cæteros in fugam propulerunt. Rex autem, hoc audiens, victualia misit apud Arches, et in Franciam reversus est. Statimque nunciatum est sine mora duci de victualibus quæ rex conduxerat usque Archas: et semiaudito nuncio, de Valoynes properavit illuc; nullo fere suorum expectante; et audito conflictu suorum et jactura Francorum valde lætabatur. Tandem ita fame arctavit Willelmum, quod castrum reliquit, et ad regem abiit.

Tunc Alfredus gigans videns omnia infirmari, et sæculum parvi pendens, dedit terram suam fratribus suis, et quasdam terras dedit abbatiæ de Cereseya; habitumque religionis ibidem sumpsit.

Post hæc autem duxit Willelmus, dux Normanniæ, Matildem filiam Baldewini comitis Flandriæ, neptem Roberti regis Franciæ, filiam scilicet filiæ suæ quam genuerat de Constantia regina; de qua genuit tres filios et duas filias, videlicet Robertum Curthose, Willelmum regem Rufum, et Henricum Primum; Ceciliam quoque abbatissam Cadomi, et Elam‖ uxorem Stephani ducis Carthaginis.

Tandem rex Franciæ Robertus ad hoc per suos inductus est, ut Normanniam sibi subjugaret. Accitis igitur circumquaque gentibus et in duas partes dispositis exercitibus, uni parti præfuit rex, alteri præfecit Odonem fratrem suum.

‖ This princess is usually called Adela, and was married to Stephen Count of Blois; whom our Chronicle here designates as 'Ducis Carthaginis';—for what reason we cannot divine. Besides; the Conqueror is recorded to have had five daughters, Constance, Adela, Cecilia, Margaret, and Eleanor.

Dum rex, aliunde in Normanniam ingressus, vastationi vacaret, Willelmo duce prope ipsum insidias intentante, pervenit usque ad Mortuum mare, ubi bis pernoctavit. Die tertia illucescente, venientes ex parte ducis Walterus Giffard, et Robertus comes Augi, et Hugo de Gurney cum uno exercitu ducis, villam insultantes incenderunt et omnes Francos aut interfecerunt aut ceperunt, et captos per Normanniam incarceraverunt. Quod quum nunciatum esset duci, fecit nocte sequenti de suis quendam ad exercitum regis accedere et arborem quandam ascendere et clamare: " *Surgite, Franci, ite et sepelite mortuos viros, qui apud Mortuummare interfecti sunt.*" Quo audito, prius per ipsum, postea per suos nuncios rex in Franciam reversus est confusus. Qui tandem petiit incarceratos liberari, et impetravit sub promisso perpetuæ pacis.

De procinctu ducis ad Angliam.

Anno igitur Dominicæ Incarnationis MLXVI audiens Willelmus dux Normanniæ rumores de Haraldi coronatione, ira succensus, in Angliam transfretare disposuit, ut injuriam in Haraldum sibi illatam vindicaret. Et vocatis magnatibus suis, consilium et auxilium eorum petiit. Quibusdam annuentibus, quibusdam contradicentibus et impotentiam suam et pauperiem allegantibus, tamen quoquo modo inducti sunt. Ut autem securius transfretaretur, rogavit vicinos suos, utpote regem Franciæ, qui per dissuasionem suorum ei auxilium denegavit, ne de indomito et rebelli magis ei rebellis fieret. Rogavit etiam comitem Flandriæ, qui rogatus quæsivit a duce, quam partem vellet ei dare in Anglia, si illi auxilium pararet. Cui dux respondit, quod cum baronibus suis inde habere vellet colloquium. Quo habito consilio, quod nihil ei promit-

teretur, misit ei schedulam inscriptam signatamque sigillo suo, in cujus cauda fecit inscribi, *Tantum tibi dabo de Anglia, quantum dicit hoc breve.*

Misit itaque legatos ad dominum papam, instruens ipsum de tenore negotii sui et jure suo. Qui licentiam dedit ei et assensum præbuit, ita quod dux, quum Angliam acquisisset, de Sancto Petro eam libere teneret. Misit etiam duci vexillum et annulum pretiosum; unde ipse et sui multum gavisi sunt. Dux vero, collectis gentibus et navibus quot habere potuit, facit venire apud Sanctum Valerium per aquam quæ Suma dicitur; ubi fertur habuisse fere septingentas naves magnas, verum tam de majoribus quam de minoribus fertur habuisse tria millia.* Et cito post navigantes, applicuerunt apud Hastinges; ubi statim castrum erexerunt ligneum, quod in transmarinis partibus fabricaverant. Quum autem dux prosiliret de navi, cecidit supra terram, et surgens tulit de terra ambas manus plenas, dicens hoc esse signum, quod totam terram obtenturus esset. Et ne possent forte desperato quidam ad naves confugere: fecit eas omnes confringi. Videns igitur miles quidam de patria, quod patriam jam deprædari cœperant, cum festinatione transiit Humbrum, nuncians Haraldo, qui in partibus illis interfecerat Tostinum fratrem suum, præ discordia quæ fuerat inter illos pro hæreditate Godwini patris eorum, quam Haraldus noluit concedere Tostino. Qua de causa Tostinus conduxit de Dacia † et Norwegia magnum exercitum contra Haraldum; qui omnes in fugam propulsi vel interfecti sunt cum ipso Tostino.

Audiens tandem de adventu Willelmi rumores, festinavit ei Haraldus occurrere. Et veniens Londonium, congregari fecit magnum exercitum. Misit autem dux ipsum monachum quendam de Fiscannia, mandans ei quod, consideratis

* "The preparation of the Duke was very great, having 880 sail of ships, or, as some write, 890, and as one Norman, above 1000, and as Gemeticencis, above 3000." BAKER'S CH.

† or Dania, Denmark.

jure ducis et sua injuria, redderet ei Angliam. Cui Rex contumeliose respondit et proterve; duci etiam diem Sabbati proximum bello committendo præfixit. Monachus, quæ audierat, duci nunciavit. Tunc misit Rex nuncium duci, mandans quod libenter ei daret naves ad redeundum in Normanniam et pecuniam infinitam. Cui dux respondit, se non venisse in Angliam cum tanto exercitu pro capiendis donariis, sed pro regno obtinendo. Nuncio etiam jussit dari equum et pannos. Quo veniente coram Rege cum novis vestibus, narravit ducis responsum, et honores quos dux fecerat ei. Tunc pœnituit Regi quod monacho contumeliose respondit.

Interea convenientibus Londini ex omni parte gentibus, persuasit Gurth frater regis, quod rex Londini remaneret, et ipsum cum exercitu mitteret contra ducem. Cui rex, ut erat superbus, contradicens, profectus est usque locum ubi nunc est Abbatia de Bello, ‡ sed viso exercitu ducis, quem ipse Rex cum eodem Gurth soli examinantes et privatim explorantes perspexerunt, tunc demum placuit regi consilium fratris, et voluit redire Londinum. Sed Gurth ei turpiter insultans et pusillanimitatis arguens et convicians non est passus ipsum abire. Tunc misit Rex duos Anglos ad explorandum, quibus captis a Normannis, dux, sciens eos exploratores, fecit eos deduci per totum exercitum suum, et omnia eis ostendit, et quietos remisit ad regem. Quorum unus putans milites ducis esse sacerdotes, eo quod tonsi essent, dixit Regi, quod dux plures haberet sacerdotes quam milites. Cujus veritatem rex sciens, dixit quod illi rasi et tonsi, optimi milites essent.¶

‡ Battle Abbey.

¶ These Spies reported that all "Duke Willyam's soldyours were preestis, for they had theyr lyppes and chekes shaven; and the Englysshemen, at those days, used the heer o theyr ouer lyppes shadde and nat shauen. But Harold unto that answered and sayd "They be no preestes, but they are stalworthe and sturdy knyghtes." FABYAN, p. 235

Postea dux, misso monacho prudenti et discreto, petiit a rege, ut unum de tribus eligeret: aut ut sibi Angliam redderet et sororem suam duceret, aut papæ judicium subiret. Quorum nullum ei placuit.

Post hoc, dux cum viginti militibus processit, ut cum rege loqueretur, sequentibus illos centum militibus oculos habentibus super illos viginti, mille vero illis centum simili modo sequentibus, ex abundanti cautela. Gurth vero non sustinens eos colloqui, mandavit duci quod per nuncios significaret regi voluntatem suam. Qui tunc obtulit regi totam partem Angliæ quæ est trans Humbrum et Gurth hæreditatem patris Godwini; denuncians Anglis quod omnes complices, fautores, et adjutores Haraldi essent excommunicati. Gurth tum omnes animabat, ostendens mala et exhæredationes quæ sequerentur, si victi forent Angli; ita quod illi, qui pacem antea captaverant, modo bellandi animo æstuarent.

Dux tandem ad suos reversus est; et omnes sui cum devotione jejunabant, vigilabant, orabant, et ita diem illam et noctem ducebant. Angli e contrario, cibis, potibus, et jocis tota nocte vacabant. Facta autem die, dux, post divinum officium, cœpit grates reddere suis, qui cum ipso venerant, et animavit eos contra Anglos, detrahens* Anglos et recitans ad eorum confusionem et ad suorum animationem seditiones quas fecerant, tum de Dacis quos uno die per totam Angliam peremerant, tum et de decimatione et redecimatione Normannorum; tum de morte Alfredi fratris Edwardi regis, quem Godwinus, postquam cum illo comederat et biberat, primus etiam salutatum osculatus fuerat, cepit et ligatum tradidit hostibus suis. Hoc dicto, quum dux loricam suam induisset comperit eam esse transversam, sed

* disparaging, or decrying.

versam revestiens dixit, "Vertatur fortitudo nostra in regnum.§"

Disposito siquidem exercitu suo in tres partes, quarum unam ipse ducebat; aliam Rogerus de Montgomeri, et Willielmus filius Osberti ¶, seneschallus ducis, tertiam Alaynus Fergant et Naymericus; paravitque dux impetum facere in Anglos. Videns Haraldus primam aciem ducis, cœpit se ipsum animare, dicens fratri suo Gurth, "De tanta gente non est nobis timendum." Sed videns secundam aciem sequentem, pavere cœpit et animositatem amittere. Videns denique tertiam, cui dux præerat, quod major cæteris erat, nimio timore concutitur. Sed confisus de multitudine gentis suæ, licet minorem haberet militiam, multos habens rusticos et plebeios, fecerat jam erigi standardum suum, et in eo suspendi vexillum pretiosum, quod quidem dux post bellum misit domino Papæ, in signum victoriæ suæ.

Statuit itaque Rex omnes suos in locis certis, prohibens eis ne a locis suis recederent, sed immobiles starent, utpote qui non insultare aut aggredi venerant, terram suam tantummodo ab aliis defenderent. Docuit eos etiam ut corpora sua scutis et targiis et ostiis domorum ac quibuscumque possent obstaculis, ab hostium incursione defenderent. Quod ita factum est: unde non facile poterant Normanni eos invadere. Invadentes tamen ut poterant nunc proficiunt, nunc repelluntur. Fecerant autem Angli foveam quandam prægrandem caute et ingeniose, quam ipsi ex obliquo curantes, maximam multitudinem Normannorum in eam præcipitaverant; et plures etiam ex iis insequentes et tracti ab aliis, in eadem perierunt. Tunc videntes Normanni opus esse arcubus et sagittis, comperientes et quod sagittantes

§ or, according to other accounts, My Dukedom will now be turned into a Kingdom: this inversion of his armour being taken by the Duke as a good omen, which many of weak minds would have construed into a bad.

¶ Fitzosbert, or Fitzosborne.

ex directo nihil proficerent, eo quod Angli facies suas scutis et aliis defensionibus protegerent, providerunt sagittas in altum dirigere, ut cadentes in capita Anglorum ipsos perimerent. Quod quum fieret, contigit sagittam in unum oculum Haraldi vehementer infigi et oculum excæcari. Deinde Normanni per cautelam sese retrahentes quasi in fugam versi, animum auxerunt Anglis. Unde ipsi, relictis munitionibus, cœperunt gaudentes insequi, et conviciando eos insultare, donec Normanni videntes competentiam, cœperunt in eos vertere facies, et eis resistere et acriter impugnare. Angli tamen diu et fortiter resistebant; ita ut dubium fuerit quibus esset victoria proventura. Tandem, post multos conflictus, interfectus est Haraldus prope Standardum suum. Et Angli, videntes ducem Standardum prostravisse et vexillum suum ibidem erexisse, fugerunt Londoniam, qui potuerunt. Ubi, convenientes episcopi et barones, contulerunt de rege et regno, et demum Willelmum elegerunt.

Qui quum esset unctus et coronatus, quæsivit ab eis, quibus vellent uti legibus. At illi dixerunt, legibus Edwardi regis, et eis concessit ut ipsius legibus uterentur. Multo sudore et labore pacificavit omnia; et in Normanniam transfretavit, prius tamen consummata Abbatia de Bello, quam ipse a fundamentis construxit.

Ubi, rogatus a rege Franciæ quod ei servitium faceret de Anglia, respondit, quod ei servitium faceret sicut ipse fecerat auxilium, eoque nullum ei faceret. Sæpius autem impetus faciebant ad invicem Franci et Normanni; nunc illi nunc isti prævalebant. Tandem, post multas mutuas infestationes hinc inde factas, ægrotabat rex Willelmus Rotomagi. Quo audito, rex Franciæ comminando significavit ei ironice, quod diu jam decubuerat in puerperio, et tempus esset purificandi. Ad hæc dux ita respondit, quod in brevi adventurus esset in Franciam cum oblationibus mille candelarum lignearum, quæ pro flamma haberent in sum-

mitate ferra lucida et clara. Quod ita factum est. In brevi enim cum mille militibus ingressus est in Franciam, et civitates, villas, et monasteria, ædificia et nemora vastans incendio, reversus Rothomagum, iterum cœpit ægrotare. Unde fecit se deferri usque ad Sanctum Gervasium; ubi convocatis magnatibus, disposuit liberis suis. Dedit itaque Roberto primogenito suo, sicut dudum proposuerat, ducatum Normanniæ et Cenomanniæ. Angliam vero Willelmo filio suo, qui dicebatur Rufus, contulit; fluctuabat enim in h..sitatione conscientia sua circa jus suum in adeptione Angliæ; dilucide namque non videbat, præsertim quum tot Anglos injuste se credebat peremisse. Henrico vero possessiones maternas cum V millibus librarum argenti dedit; firmiter injungens fratribus suis ut illum præ omnibus aliis ditarent et sublimarent. Tunc facta confessione et percepta Eucharistia, incipiens morti appropinquare, fecit omnes incarceratos liberari.

Obiit ergo Willelmus circa sexagesimum quartum ætatis suæ annum, quum regnasset in Anglia annos viginti, A. D. millesimo octogesimo septimo; et apud Cadomum est sepultus*.

De Willelmo Rufo.

Anno igitur Dominicæ Incarnationis millesimo octogesimo octavo transfretavit Willelmus, filius ejus, dictus Rufus,

* The moral portraiture of this Sovereign is quaintly, but very justly, drawn, by Robert Fabyan, so often quoted; (he was Alderman of London and flourished in the fifteenth Century) "Whan Wyllyam was dead, men spake of hym as they doo of other Prynces, and sayd that he was wyse and guylefull, ryche and covytous, and loued well to be magnified and praysed, a fare speker and great dissimuler, a man of skilfull stature, but some dele fat in the belly, sterne of face, and strong in armys, and therwith bolde, and had great pleasure in huntynge and in makynge of great feestes."

in Angliam, et ab archiepiscopo Lanfranco § coronatus est, et annis tredecim regnavit. Cui cœpit Robertus frater suus invidere, dux scilicet Normanniæ, qui *Curt-huse* vocabatur, eo quod minor eo esset coronatus in regem. Rogavit igitur Henricum fratrem suum, ut thesaurum, quem habebat de dono patris sui, ei commodaret, et terram, quæ Constantini vocatur, eidem impignoraret. Quo facto, dux cum magno exercitu transfretavit in Angliam. Rex vero, suorum usus consilio, pacem fecit cum duce, reddens singulis annis quinque mille libras argenti de Anglia. Et reversus est dux in Normanniam; terramque, quam fratri suo invadiaverat, ei abstulit, nec thesaurum ei reddere dignabatur. Exosus itaque factus est Henricus utrique fratri,— Roberto, quia pecuniam reposcebat vel terram invadiatam;— Willelmo, quia ad ejus inquietationem dictam pecuniam commodaverat; et ideo secessit in Britanniam, ubi per instigationem Comitis Hugonis occupavit montem in mari, qui dicitur Mons Sancti Michaelis *; ubi a duobus fratribus suis obses-

§ The principal aider and abettor of William the Conqueror in his legal measures was Lanfranc, whom the king invited from the abbey of Bec in Normandy to become archbishop of Canterbury. "This Lanfranc," says the Polychronicon [B.vii. c. 1] "was of the nation of Ytaly, and was moost connyng of holy writ, and of syngler lettrure, and moost redy in gouernyng of thynges. In our Lady-day, the Assumption, the King made him archebisshop of Canterbury."

Henry of Huntingdon in his brief Epistle to Walter, DE EPISCOPIS SUI TEMPORIS, thus eulogizes this prelate and his two immediate successors: "Splenduit igitur temporibus nostris Lanfrancus archiepiscopus, vir philosophus, vir perspicuus. Cui successit Anselmus, philosophus et sanctissimus. Vidimus post eos Radulphum, dignum tanta celsitudine habitum."

"In Lanfrancus tyme was made a counseyll at London in Saynt Paule's chirche;—that doing had be long tyme lefte of in Englonde. Fyrste there was ordeyned how Bisshops shold sytte in counseyll and in Synode, the second, that the bisshop's see shold passe oute of smal townes into gretter townes, and so the see of Selsey passed to Chychester, of Kyrton to Excestre, of Welles to Bathe, of Shirburne to Salesbury, of Dorchestre to Lyncolne, of Lychfeld to Chestre, in bishop Peters tyme: but his successour Robert passed from Chestre to Couentre." [c. 3.]

At the era of the conquest, as at many subsequent periods, we find our Saxon ancestors to have been singular and extravagant in dress and sensual in diet: "Tunc erant Angli veste superiori ad medium genu expediti, crines tonsi, barbis in superiori labio nunquam rasi, exceptis solum presbyteris, armillis etiam aureis brachiis onerati, puturis stigmatibus cute insigniti: in cibis urgentes crapulam, in potibus irritantes vomitum."

J. Ross, p. 106.

* Mont St Michael.

sus, diu viriliter se defendit; sed tandem passus penuriam potus, mandavit duci ut potum mitteret. Qui, viri strenuitate ac generositate victus, optimum ei vini dolium misit, insuper et genti suæ licentiam dedit, ut per totum diem integre aquam haurirent ubicunque vellent, et in montem secum deferrent. Unde tamen rex iratus recedere volebat, eo quod dux hostibus suis necessaria ministraret, sed tam diu detentus est, donec pax inter ducem et Henricum reformaretur, ita quod Henrico redderetur Constantinum, donec ei pecunia prædicta solveretur. Sequenti vero tempore audiens dux Robertus magnam motionem in Terram Sanctam, mutuo cepit a Willelmo fratre suo infinitam pecuniam et invadiavit ei Normanniam et Cenomanniam. Et transfretans interfuit captioni Antiochiæ et Jerosolymæ, ubi tantam exercuit militiam, quod non erat aliquis æstimandus ad ipsum. Prostravit Standardum Corberanni, et vexillum ipsius, quod pretiosissimum erat, detulit ad ecclesiam Cadomi, quam mater ejus fundaverat.‡

Inter hæc, Elias furtive irrupit in Cenomaniam et munivit eam. Ceperat autem dudum dux Willelmus Bastardus Cenomanniam, et pro pace firmanda filiam Heberti, qui fuerat dominus Cenomanniæ, dederat Roberto filio suo, quæ juvenis discessit; nec tamen restituta fuit Cenomannia hæredibus Heberti. Jam vero quidam Hugo, nepos ejusdam Heberti et proximus hæres, accitus per Cenomannos fuit, ut hæreditati suæ restitueretur. Qui non affectans in partibus illis jus suum, vendidit domino Eliæ, qui Cenomanniam occupaverat; et in patriam suam secessit. Cenomanni siquidem Eliæ adhæserunt, et civitatem ei reddentes, turrim, in qua erant Normanni, insultare cœperunt. Illi vero

‡ "This Robert was wise in counsayle, strong in battyll, and also right liberall, and in his return from Jerusalem maryed the daughter of William de Auersana, lord of Apulia, with whom he receyved great sommes of money for her dower, the which by mean of his lyberalitye he spent shortly after." FABYAN, p. 254.

obsessi, a rege Willelmo qui in Anglia erat, auxilium postulaverunt. Quibus auditis rumoribus, rex cum magna et miranda festinatione illis subvenit, et fugato Elia, domos et possessiones Cenomannorum dedit Normannis, qui obsessi erant in turri; et quoddam castrum ipsius Eliæ obsedit; ubi per dolum et fraudem unius militis proprii, qui exercitum suum dolose perterruit, regem inde recedere fecit. Unde Cenomanni multum consolati, Normannis fortius restiterunt, et vires resumpserunt. Normanni tamen Eliam acriter impugnantes, ipsum tandem ceperunt, et coram rege perduxerunt. Qui quum Rotomagi missus esset in carcerem, custodibus suis ita loquutus est: "Bene et honeste me custodiatis, sicut decet virum nobilem custodiri; futurum est enim, licet modo sim captus, ut regi reconcilier. Hoc etiam vobis dico, quod nisi citius captus essem, minimum quidem vel nihil in partibus istis regi dimisissem."

Quæ vero postquam regi renunciata sunt, fecit eum statim a carcere liberari, et liberum recessum habere, dans ei potestatem eundi quo vellet, dicens ei ut alias melius sibi provideret; securus pro certo quod, si iterum caperetur, perpetuo carceri traderetur.

Denique isto rege regnante, plura tristia acciderunt, quæ sigillatim secundum chronicorum veritatem enarrabimus: secundo anno regni ejus terræ motus ingens totam Angliam exterruit, tertia Idus Augusti. Quarto anno tumultus fulgurum, motus turbinum immanis, multa per Angliam evertens domicilia et præcipue in Londonia ubi plusquam sexcentas domos effregit, et hoc XVIo Kal. Novembris. Quinto anno eadem violentia fulminis apud Salisburiam tectum turris ecclesiæ omnino dejecit. Sexto anno tantum pluviarum diluvium fuit, quantum nullus ante meminerat; et mox accedente hyeme fluvii ita sunt congelati, ut essent pervii equitantibus et plaustra ducentibus. Septimo anno propter tributa, quæ rex in Normannia edixerat, agricultura defecit

et fames invaluit. Qua invalescente, mortalitas hominum subsecuta est, adeo crebra ut vivi non sufficerent ad sepeliendum mortuos. Decimo anno apparuit Cometes in Kalendis Augusti quindecim diebus; et ille fuit annus, quo beatus Anselmus Cant. archiep. regem fugiens, Romam adiit. Undecimo anno rex Noricorum Magtius cum Haraldo, filio Haraldi regis quondam Angliæ, Orcadas insulas cepit; jamque Angliam ingressum, comites eum armis e regno expulerunt. Duodecimo anno fluctus marinus per Tamesim fluvium ascendit et villas multas cum hominibus submersit. Tertio decimo anno Diabolus visibiliter apparuit hominibus in saltibus et deviis. Præter ea, in pago de Barkscyre continuis quindecim diebus fons sanguine manavit‖. Eodem siquiden anno in Nova Foresta a quodam militum suorum putante cervum percutere, per infortunium sagitta percussus interiit rex, et apud Wintoniam infra ambitum cujusdam turris sepultus est.¶

De Henrico Primo.

Anno ergo Dominicæ incarnationis Mo centesimo Henricus Primus, filius Willelmi Bastardi, cœpit regnare; et triginta quinque annis regnavit; invitus tamen primo et

‖. Of these various phenomena we find no mention among the more grave Historians, except of the last, which is noticed both by Fabyan, Brompton, and Sir Richard Baker. The last affirms that 'at Finchamstead in Barkshire, near unto Abingdon, a spring caste up liquor for the space of fifteen dayes, in substance and colour like unto blood.'

¶ This King's death is almost universally supposed to have been accidental; but the promptitude with which his Brother Henry who took care to be on the spot seized the Royal treasure at Winchester, and ascended the throne, and the great odium against William, especially among the clergy, lead to the presumption that this act of chance-medley, imputed to Tyrrell, was rather the result of a deep long-premeditated conspiracy.

Two noble monuments of the reign of William Rufus still remain, almost uninjured by time, the White Tower of London, and Westminster Hall.

"Circummuravit etiam turrim Londoniarum, et de novo fecit magnam Aulam apud Westmonasterium, quam completam quum vidisset, 'Si in duplo largior fuisset, tunc aliquid fuisset, sed modo nihil est,' dixit." J. Ross, p. 110.

London is more ancient (says Speed) than any true record beareth, fabuled from Brute

renitens,* volens expectare adventum Roberti ducis fratris sui de Terra Sancta, ut ipse quasi primogenitus coronam acciperet. Sed magnates terræ quia de reditu ejus nihil habebant certitudinis, timentes sibi et toti regno, noluerunt ipsum expectare. Unde tandem consensit eis, et coronam regni accepit. Post hoc, duxit uxorem Matildem filiam Malcolmi regis Scotiæ, de qua genuit Willelmum et Matildam, quam postea duxit Imperator Alemanniæ. Willelmus etiam duxit uxorem filiam Fulconis comitis Andegaviæ; qui postea, redeunte patre suo de Normannia, confracta navi sua, cum multa juventute nobilium, qui eum præ maxima strenuitate comitabantur, submersus est. Quod demum notum fuit per quendam Bernardum Carnificem de Rothomago‖, qui solus de illo naufragio illæsus evasit. Rex, audita morte filii sui, multum contristatus est; sed, accepta consolatione, dissimulans ne hostes suos lætificaret, nurum suam filiam comitis Andegaviæ ad patrem suum et fratrem, qui Galfridus Plantageneste dictus est, transmisit, ut eam alicubi maritaret. Quæ, spernens omnium nuptias, filio regis Altissimi Christo nubere voluit. Unde eleganter eligens, filium solum regis æterni duxit præferendum; habitumque religionis suscepit apud fontem Everardi, ubi postea fuit Abbatissa.

Interea, dux Robertus, rediens de Terra Sancta, circiter anno Domini MC et primo, in partibus transmarinis uxorem duxit pulcherrimam, nomine Sexburgam, et de ea

---

TROYNOVANT, from LUD LUDSTONE; but by more credible writers, Tacitus, Ptolemy, and Antonine, LONDINUM; by Ammianus Marcellinus, for her excessive prosperity, AUGUSTA, the greatest title that can be given to any; by Britaines LONDAUN, by strangers LONDRA, and by us LONDON. This citie doth shew as the cedars among other trees, being the seat of the British kings, the chamber of the English, the model of the land, and the mart of the world."

* If this feeling of reluctance was sincere, why did not Henry resign the crown, when his brother ROBERT returned?

‖ A butcher of Rouen.

genuit Willelmum, qui cito lethaliter vulneratus, obiit ad castrum quoddam quod obsederat. Robertus vero, audito quod Henricus regnaret in Anglia, indignatus est, et parato navigio, applicuit apud Porcestriam. Quod rex audiens, venit in occursum ejus usque Wiltoniam. Utque alter alterius occursum timebant, et præstolando moram facerent congrediendi, intervenerunt magnates terræ utriusque partis, pacem componentes; ita quod rex tria millia marcarum Roberto annuatim redderet quoad viveret. Quod ita factum est. Rex autem odio habens nobiles de Belesme et Willelmum comitem de Morteyne, eo quod per ipsorum consilium transfretaverat dux in Angliam, ut dicebatur, ad dictum tributum extorquendum a rege, rex abstulit utrique illorum omnes terras quas in Anglia habebant. Quod quum ipsi suggessissent duci, et in odium ducis id fuisse actum, ipse statim transfretavit, et apud Suthamptoniam applicuit cum duodecim militibus tantum. Quod rex audiens, proposuit illum capere; sed habito consilio, distulit ejus captionem, donec per quendam militem benevolum suum de captione sua præmunitus est. Et quum pro vento contrario vel non favente abire non potuit, et excogitata contra sævitiam prudentia, per reginam transire disposuit, ut ejus auxilium postularet ad colloquium cum rege salvo habendum. Ad quam quum divertisset, reddidit reginæ, et quietum clamavit, tributum quod de Anglia debuerat annuatim percepisse; et tunc demum adiit regem istius jam remissionis non ignarum, sed per illam jam pacificatum. Quum autem de negotio spoliatorum suorum mentionem faceret, non est in aliquo exauditus; sed frustra quum laborasset, et tributum (ut jam dictum est) quietum clamasset, dolens confususque reversus est in Normanniam. Et præ dolore et confusione volens in regem vindicari, cœpit, in quantum potuit, gravare illos de Constantino et illos de Danfront, qui fuerunt aliquando homines ipsius regis, et quos rex ipse etiam adhuc

sibi vindicaverat, intelligens (ut dicebat) quod quum tributum trium millium marcarum quietum clamatum reddidisset, dux prædictas terras, Constantinum videlicet et Danfront...*, quia ipse rex in alia quadam pacis firmatione, quæ superius memorata est, easdem terras duci tradiderat. Post hoc nunciavit dux regi, mandans ei quod de cætero dictas terras teneret, nec sustineret ulterius quod rex in aliquo inde se intromitteret; jus enim se dicebat in illis terris habere, eo quod pater suus ipsi tanquam primogenito suo illas reliquerat simul cum ducatu Normanniæ. Petebat igitur ut pacifice permitteretur possidere ea, quæ dono patris sui habuerat, et per hæreditariam successionem. Sed nec pacem nec treugas potuit impetrare; unde per totam terram suam fecit clamare quod nullus tenentium de eo iret in Angliam; nec aliquis eorum qui de rege tenebat in Anglia, haberet accessum in Normanniam; et ita mota est inter eos maxima discordia.

Rex igitur, audiens hoc, maximum collegit exercitum, transfretavitque in Normanniam, et a gentibus suis receptus est cum gaudio. Multi etiam Normannorum ad eum confluebant, relinquentes ducem. Dux tamen, prout melius poterat, se et sua defendebat. Unus quidam de Magnatibus ducis, Rogerus de Alneto, qui Cadomum et Bayeaus custodiebat, regi et suis fortiter resistebat, et multa [eis] damna inferebat. Hic etiam Robertum filium Hamonis, qui a duce jam recesserat, et dominus erat provinciæ Turonensis, deprædantem et vastantem Bassinum‖ fugere coegit in ecclesiam quandam; ad quam apposito igne exire coegit, et captum incarceravit. Rex vero, multum motus quod parum in acquirendo proficeret, allexit ad se Heliam comitem Cenomanniæ, qui in manu forti et animo libenti regi veniens in auxilium, cum eo profectus est apud

* "Redderet" seems to be wanting here. ‖ Bayeux.

Bayeaus; et igne apposito villam cum ecclesiis et ædificiis incenderunt; occupavit rex totam patriam usque Cadomum. Sed et ipsam tandem civitatem obtinuit per consilium cujusdam Roberti de Sancto Romiæ et per seditionem civium Cadomensium. Multa igitur damna, vastationes, deprædationes,et incendia sibi invicem rex et dux inferentes, jam sex annos compleverunt.

Post hoc autem, obsedit rex castrum de Tenerchebray super comitem de Mortagne. Qui, allecto duce Roberto cum utriusque amicis, nitebatur obsidionem tollere. Sed congressi cum exercitu regis, uterque capti sunt, dux et comes, et multi suorum in fugam conversi. Et edicto publica pax per totam Normanniam clamata et firmata est, sub pœna destructionis et membrorum detruncationis.† Dux autem et comes ducti sunt in Angliam, et apud Kaerdif incarcerati, anno scilicet Domini MC sexto; ubi dux post vicesimum annum obiit, et apud Glocestriam sepultus est. Comes vero usque ad obitum regis vixit. Qui tandem, consummatis triginta quinque annis, mensibus octo, diebus septem, postquam gubernacula regni suscepit, diem clausit ultimum, et apud Readinges monasterium, quod a fundamentis construxerat, sepultus requiescit.

Hic Henricus rex, anno coronationis suæ tricesimo, apud Doveriam expulsis a veteri ecclesia canonicis secularibus, contulit præbendas eorundem, cum thelonio portus maris, Willelmo de Corboil‡ tunc archiepiscopo Cantuariæ. Qui

† It is worthy of remark, that the English conquered Normandy forty years exactly, on the same day of the year, after the Normans had conquered England. Such are the revolutions of fortune, and so unstable are all sublunary things; and the high-born, highly gifted Robert, the joy and pride of European chivalry, became the scorn and dupe of Fortune.

‡ Willelmus Corboyl, vir exmiiæ religionis, canonicus et prior S. Osithæ de Chit, pallium a Calixto papa accepit. Qui legatus, post concilium generale apud Westmonasterium ab illo celebratum, omnium episcoporum et abbatum Angliæ, pro utilitate ecclesiæ Anglicanæ Cantuariensem ecclesiam dedicavit, post horribilem combustionem, præsenti-

novam extra villam ecclesiam construens, canonicos instituit ibidem regulares. Quibus per Theobaldum successorem suum eliminatis, monachi introducti sunt, et a Curia Romana confirmati; ita quod dictus archiepiscopus et successores sui ordinent et disponant in temporalibus et spiritualibus in ecclesia prædicta, secundum tenorem privilegiorum suorum. His ita gestis, rex, ut prælibatum est, in pace quievit; et quoniam filium non habebat, fecit Angliam adjurare Matildi imperatrici filiæ suæ tanquam hæredi.

De Stephano rege.

Anno igitur incarnationis Dominicæ MC tricesimo quinto, Stephanus comes Boloniæ, audita morte avunculi sui Henrici regis Angliæ, venit in Angliam, et a Willielmo Cantuariensi archiepiscopo consecratus est in regem. Quum Hugo Bigod, qui fuerat regis Henrici seneschallus, dicto archiepiscopo sacramento affirmavit, quod dominus suus ægrotans et in extremis agens, pro quibusdam controversiis ortis inter ipsum et filiam suam Matildem imperatricem, ipsam exhæredavit, et dictum Stephanum, Adæ sororis suæ filium, hæredem suum constituit.

Ipsa tamen obtinuit quædam castella in Normannia, post mortem patris sui. Porro rex Stephanus duxerat Matildem¶, filiam Eustachii comitis Boloniæ, cum honore Boloniæ: de qua genuit duos filios, videlicet Eustachium et Willelmum, et unam filiam nomine Mariam. Eustachius igitur, pater Matildis reginæ, filius fuit Magni Eustachii, cognomento Eskernus, qui de uxore sua Ida, quæ filia fuit illius militis, quem Cinctius per mare ad littus castri de

bus non solum Anglis, sed et exterarum provinciarum episcopis et abbatibus et rege Henrico et regina, et primoribus regni. David, rex Scotorum, affuit, et nobilium multitudo. Et acta est hæc consecratio A. D. 1139. Steph. Birchington's Vitæ.

¶ She was a Woman (says Baker) made for the proportion of both fortunes; in adversity not dejected, in prosperity not elated; while her husband was at liberty, a woman; during his durance, as it were a man, acting his part for him when he was restrained from acting it himself; not looking that fortune should fall into her lap, but industrious to procure it.

Bolonia perduxit, geminos fratres Godfredum et Baldwinum genuit, qui singuli post reges fuerunt Jerosolymæ; et etiam tertium qui fuit pater Matildis prædictæ.

Rex igitur Stephanus, postquam consecratus est, congregavit concilium tam episcoporum omnium quam magnatum apud Westmonasterium in festivitate Paschæ, et cepit homagium et fidelitates, et [cœpit] thesauros regis [defuncti] expendere copiose. Porro Galfridus, comes Andegaviæ, qui imperatricem Matildem duxerat, ingressus Normanniam, dedit Stephano regi treugas per tres annos, capiens ab eo singulis annis tria millia marcarum. Postea autem, quia episcopi Saresberiæ et Lincolniæ noluerunt ei reddere castra sua, cepit eos, et Lincolniam obsedit. Quod comperiens comes Gloverniæ, Robertus frater imperatricis, collegit exercitum, et cum rege prælium commisit. Sed tandem comite triumphante, captus rex et ad imperatricem ductus, apud Bristowe incarcerari jussus est, cum quibusdam nobilibus regni sui. Quod comperiens Matilda, uxor ipsius regis, auxilio Willelmi Yprensis et civium Londinensium, Imperatricem a Londino expulerunt. Sed etiam non multo post captus est Robertus comes Gloverniæ, et pro eo redditus est rex. Sed etiam ipse liberatus obsedit imperatricem in Exonia, et Galfredum de Mandeville cepit et incarceravit, usque dum ei redderet turrim Londoniæ.

Porro iis diebus Galfredus comes Andegaviæ receptus est Rotomagi, et obsedit turrim, et cepit, et extunc dux Normanniæ appellatus est. Post hoc, circa annos quatuor Henricus filius suus ex Imperatrice duxit Elianoram,‖ quæ fuerat regina Franciæ, separata a rege propter consanguinitatem, qui postea cito venit in Angliam. Sed et Malmesberiam et Stamford obsedit. Anno igitur sequenti concor-

‖ Henry, in the right of his wife, held the Duchy of Guyenne and the Earldom of Poictou, so that, after his ascension of the throne of England, he swayed more extensvie dominions than any prince of that age.

datus est cum rege Stephano, qui proximo anno sequenti obiit, quum regnasset novendecim annis, sepultusque est apud Faversham juxta Matildem reginam suam et filium ipsorum Eustachium in abbatia quam a fundamentis construxerat, ut hodie cernitur.¶

De Henrico rege II.

Anno igitur Domini MCLIV, Henricus filius Imperatricis de Galfrido, comite Andegaviæ, suscepit regnum Anglorum, et tenuit annis XX et quinque, mensibus sex. Hic, ut prædictum est, uxorem duxit Elianoram, de qua genuit Willelmum, qui cito obiit, et Henricum, qui dicebatur junior rex, quia vivente patre coronatus est, sed ante patrem obiit. Postea genuit Ricardum, Galfridum quoque Comitem Britanniæ, patrem scilicet Arturi et Elianoræ. Genuit etiam Elianpram, quam duxit Aldefonsus rex Castellæ, et Johannam quam duxit Willelmus rex Siciliæ; item Johannem regem.

Porro anno ipsius Henrici quinto duxit idem rex exercitum apud Tolosam, ubi probissime se exhibuit Thomas ejusdem cancellarius; et post hæc reversus est in Angliam, quum archiepiscopus Cantuariæ, venerabilis memoriæ Theobaldus,† diem clausisset supremam. Ad instantiam regis electus est Thomas,‡ sed nec multo post consecratus est: porro post consecrationem ejus,anno videlicet tertio, orta est discordia inter regem et archiepiscopum super consuetudinibus regni, pro quibus etiam exilium passus est per

¶ In Stephen's reign, says the author of the Polychronicon," deyd Johannes de Temporibus, that had lyved three honderd yere thre score and one and be squyer with the grete Charles(Charlemagne)."

§ "Hic Theobaldus pontificatus sui anno XXII, A. D. MCLXI, obiit, et vacavit ecclesia anno I, mense I, et dies XIV." Birchington.

† Thomas a Becket; whose clerical character is thus succinctly drawn by the last named author: 'In Anglia potentissimus, et in omnium oculis gloriosus, sapientia præditus, nobilitate regis amicus, et in regno secundus.' Godfrey of Coldingham styles this archbishop "a valuable champion of the Church—pretiosus athleta Domini archiepiscopus Cantuariensis Thomas, &c."

sex annos continuos. Septimo autem anno ab exilio reversus, die natalis Domini sermonem habens ad populum, excommunicavit Nigellum de Fauconbrigge propter violentam incubationem ecclesiæ de Ilerghes, et Robertum del Brok, quia equum archiepiscopi victualia deferentem decurtavit. Quinta vero die sequenti martyrizatus est.

Porro ejusdem regis anno decimo septimo, Ricardus comes de Strugoil‡ paternæ hæreditatis ab eodem rege alienus effectus est; pluribusque sibi aggregatis in Hiberniam applicuit. Qui valide Hibernienses expugnans, in brevi civitatem Dublinieusem et plurima oppida maritima obtinuit, ac tandem filiam cujusdam reguli ejusdem provinciæ cum tota terra sua obtinuit. Postea vero regem invitavit ut Hiberniam adiret, et eidem acquievit rex. Quo quum pervenisset totam terram suam quam acquisierat, eidem regi tradidit, ut vel sic animum ejus iratum mitigaret.

In cujus adventu universa insula commota est. Reguli siquidem illius patriæ fere omnes, de suis viribus diffidentes, præfatum regem adierunt pacem postulantes; tributumque singulis annis se daturos promittentes. Quorum supplicationi rex annuens, accepto ab omnibus homagio et obsidibus in pace eos ad propriora redire permisit; et sic demum reversus est in Angliam.

Post hæc, orta est dissensio inter Henricum regem patrem et Henricum regem ejusdem regis filium; et medio tempore applicuit Robertus, comes Leycestriæ, cum multitudine Flandrensium in Angliam, et a comite Hugone Bigod recepti sunt. Qui universam regionem orientalem depopulantes, tandem terram sancti Edmundi regis et Martyris cum abbatia deprædavit. Quo pervenientes, meritis Sanctissimi Edmundi regis a militibus Henrici senioris occisi sunt; sed et comes cum comitissa sua capti

‡ Usually surnamed Strongbow, earl of Chepstow. However Robert Fitzstephen was the first Englishman that landed in Ireland as a conqueror in May 1170.

sunt et incarcerati. Sed tandem dimissus, et iterum Flandrenses ab eodem accersiti in Angliam, universam patriam diverso stipatus milite, depopulabant. Comes tamen David, frater regis Scotiæ,castellum de Huntindone militibus contra regem munivit ; necnon et rex Scotiæ Willelmus, qui simul conspiraverat cum eis, in Northumbriam cum Henrico seniore ingressus, totam terram devastavit. Sed tandem rex Henricus, præsciens quod in Sanctum Thomam deliquisset, nudis pedibus Sanctum petiit, et dum ibi persisteret in oratione, captus est Willelmus rex Scotiæ a militibus præfati regis Henrici, omnesque adversarii ejus territi, pacem suppliciter postulantes, impetraverunt; prius tamen præstito sacramento, et datis obsidibus, et traditis pluribus castellis. Hoc actum est anno trecesimo primo ; anno igitur Henrici junioris regis XXX, et coronationis XII. Obiit idem rex in Thorneya, et sepultus est Rothomagi. Eo etiam tempore Willelmus Comes Gloverniæ, ægre ferens dividere hæreditatem suam inter filias, quum filium non haberet, Johannem filium regis hæredem suum constituit. Henricus vero rex, quum regnasset annis triginta quinque, mensibus sex, diem clausit ultimum apud Chinon, et sepultus est apud Fontem Everardi.¶

De rege Ricardo.

Anno igitur Domini MC octogesimo nono, successit Henrico filio imperatricis Ricardus filius suus. Qui quoniam arma moverat aliquando contra patrem suum, absolu-

¶ Giraldus Cambrensis has pourtrayed this king's character with as much justice as severity. 'He was pereless in chivalry, in warre, and in lechery. He wedded Eleanor wife of Lewis, kynge of France, contrary to the commaundement of his father; for he hadde showed to hym that he had lyen by her,.....Rychard his sone would often tell that wonder, and used to say, No mervyle that they greved the people that were common of such kynde; for of the Devyll they came, and to the Devyll they shall go.' Translated in Fabyan, p 281.

Old London Bridge was built in this king's reign.—"His etiam diebus pons lapideus supra Tamisiam inceptus est a rege Henrico apud Londonium, anno Domini 1173 "

J. Ross, Hist. p. 142.

tus est ab archiepiscopis Rothomagi et Cantuariæ. Apud Sagium et apud Rothomagum ducatus Normanniæ suscepit honorem. Porro, non multo post transfretans in Angliam, coronatus|| est et consecratus in Regem Angliæ apud Londoniam, tertio videlicet Nonas Septembris. Ubi etiam multi Judæorum interfecti sunt, et plures spoliati. Quod quia in nocte factum est, non ad notitiam regis pervenit qui essent actores. Ultio dissimulata est. Multi vero per Angliam Jerosolymis properantes, prius decreverunt insurgere in Judæos quam in Paganos. Apud Eboracum et apud Norwicum et apud Stamford et apud Sanctum Edmundum, præter alia loca, in quibuscunque inveniebantur, interfecti sunt.

Non multo post, Elianora regina, quæ diu fuerat in arcta custodia, jubente rege Ricardo filio suo, statutum est edicto regali, ut quicquid vellet, faceret, et tunc ad nutum ejus disponerentur omnia.§ Impleta est igitur prophetia Merlini: *Aquila rupti fœderis tertia nidificatione gaudebit. Aquila* dicta, quia duabus alis duo tegens *regna; rupti fœderis*, quia a rege Franciæ propter consanguinitatem separata, a rege etiam Angliæ toro diu remota, circa sexdecim annos utrobique fœdus ruptum est; *tertia nidificatione*, quia post Willelmum qui puer obiit, et Henricum, qui vivente patre regnavit, sed ante patrem obiit, Ricardus, qui tertiam nidificationem notat, maternum nomen extollebat in singulis.

Anno igitur sequenti, videlicet Incarnationis Dominicæ MC nonagesimo, profectus est Jerosolymam cum exercitu magno, scilicet cum centum quinquaginta sex navibus

|| In the Cotton MS., Claud. C. iv, f. 236, is a full account of Richard's coronation. For information concerning the solemnities observed on these occasions see Dr Silver's Pamphlet on the Coronation-Service.

§ "This year (1190) the kynge enlarged Elyanour his moder, which longe before at the commaundement of his fader her husbonde, was as a prisoner kepte in streyte kepyng; after which enlargyng the londe was guydyd by her counceyll." FABYAN, p. 299.

magnis, buscis* quinquaginta quatuor, galeis triginta et novem. Sed et Philippus rex Franciæ iter illud aggressus est. Porro rex Ricardus, divertens in Hispaniam, filiam regis de Navaria nomine Beringeriam duxit uxorem. Indeque navigio vectus ad Apuliam, reginam illius terræ, sororem videlicet suam Joannam maritali thoro viduatam repperit, quam secum tollens, ad Cyprum insulam devenit. Cui cum manu armata princeps illius insulæ occurrens bello, ipsum est aggressus†; sed a rege Ricardo superatus est et occisus; sicque tota insula est ab illo possessa, et per multos annos tributaria facta est.

Post hoc rex Ricardus, ad Terram Sanctam perveniens, urbem Ptolomaidam‡ cum rege Francorum Philippo arcta obsidione vallavit, et post paucos dies cepit. Quo facto, cunctis de optata victoria gaudentibus, sed non æque spoliis civitatis militaribus viris jure prælii distributis, subito inter regem Anglorum et ducem Austrariorum orta contentio: ducem, relicto exercitu, in terram suam cum omnibus suis redire compulit. Sed et cito post Philippus rex Franciæ a terra Hierosolymitana in Galliam revertitur.

Porro rex Ricardus, in Terra Sancta post discessum regis Franciæ permanens, cepit castellum Darum; sed et apud Joppen grave commisit prælium cum exercitu Salandini, prius capta Joppe a Saracenis; sed et in Calendis Augusti a præfato rege et a suis viriliter ab eisdem paganis excussa¶, exercitum Salandini omnino contrivit, et in fugam ire compulit. Sicque aliquandiu in pugna Dei contra inimicos Crucis Christi pugnans, et eos usque quam viriliter

* Navigii genus grandioris, a similitudine pyxidis, quæ ab Anglis Busse dicitur, appellatum. Du Cange. Ricardus rex Anglorum habens in comitatu suo 13 magnas naves, quas Buccas vocant. Radulf. de Diceto.

† An interesting account of the war in Cyprus, as well as of the whole expedition to the Holy Land, may be read in Vinesauf's Narrative.

‡ Otherwise called Acre.

¶ There is, apparently, some error or corruption in the text here.

devincens, cunctis erat terrori; ipsique Salandino simulata calliditate magis horrori quam amori. Unde illum muneribus frequentans||, tandem auro et lapidibus pretiosis corruptum, a Terra Sancta proturbavit; tamen treugis usque ad tres annos inter eosdem datis et concessis; ita duntaxat ut per tempus illud tota maritima, scilicet Tyrus et Achon, castrum Humberti, Cayphas, Cæsarea Philippi, Joppe, et castrum Meduanum cederent in partem Christianorum; civitas vero Askalon de communi consensu tam Christianorum quam Paganorum diruta non ædificaretur.§

Et post hoc, cum suis a peregrinatione circa festum Sancti Martini applicuit in Romaniam in potestatem imperatoris Constantinopolitani, et relictis magnis navibus cum

---

|| 'Plying him with bribes:' an improbable calumny this; for Richard preferred glory to every other consideration, and whatever his faults, avarice is the last crime wherewith he is chargeable. Our Chronicler ought rather to have said that the lion-hearted king, having been deserted by his confederates, was left single-handed to bear the whole toil, burden, and expense of the war with an army daily diminishing, and against an enemy whose resources were almost inexhaustible.

§ The sufferings of the Crusaders in the Holy Land, were excessive, and famine and cold proved more formidable enemies than the sword, and the havoc was incredible:

"The bishop of Perouse com to kyng Richard,
Sir, ouer-meruailouse our duellyng here is hard;
Sir, here-beforn of men have we told
Fourti thousand lorn (lost) for hungre and cold.
The hunger was so grete, and the cold so stark,
That a quarter whete was at twenty mark:
For ten mark men sold a litille butchyn (ox's chine)
Little less men told a banke (saddle) of a motoun.
Men gaf fiveten schyllynges for a goos or a heen.
For the grete lordynges bouht (condescended) to seke men.
An ay bi it selue for fiue schillynges was bouht
A pere for pennyes twelve, or thei had it nouht.
The comon of the oste bouht them hors-flesch,
Or mule's or assis roste, or haf bien mete-less.
Many grete mishappes, many hard travaile,
Haf comen us hard clappes, whan thai gan us assaile."

PETER LANGTOFT'S CHRON., Hearne, vol. I, p. 175.

Whilst Richard was in the Holy Land, the body of King Arthur was found in Glastonbury Abbey where it had lain nearly 700 year. — ANNO 1191, Apud Glastoniam inventa sunt ossa regis Arthuri famosissimi; qui locus olim insula Avallonis Britannice, id est insula pomorum, dicebatur." FLORES HIST.

duabus galeis applicuit in Sclavoniam, et transiens Venetiam et Aquileiam, ingressus est Allemaniam, et ibi a duce Austrariorum captus est; et Henrico imperatori ad custodiendum traditur: sed tandem liberatur a custodia ejusdem pro centum mille libris sterlingorum, partim pacatis et partim promissis. Pro cujus liberatione thesauri omnes ecclesiæ Anglicanæ dati sunt. Qui quum reversus esset in Angliam, et universa, quæ pro redemptione ipsius data essent de ecclesiis, integre restituisset, et regnum suum in summa pace confirmasset, transfretavit in Normanniam. Ubi dum circa castrum quoddam arctam faceret obsidionem, dum minus caute pergeret, a quodam suorum balista percussus, interiit, octavo Idus scilicet Aprilis, postquam regnasset per annos novem, mensibus VII, diebus decem et novem, et sepultus est ad Fontem Everardi ad pedes patris sui.* Cujus (ut dicitur) epitaphium hoc est,

Hic, Ricarde, jaces; sed si mors cederet armis,
Victa timore tui, cederet ipsa tuis.

De Johanne rege.

Anno igitur Domini millesimo centesimo nonagesimo nono successit eidem Ricardo Johannes frater ejus, et regnavit septendecim annis et mensibus quinque. Porro die Ascensionis coronatus est apud Westmonasterium per manus Huberti Cantuariæ archiepiscopi; et postea transfretans in Normanniam, amisit duas urbes, Cenomannicam et Andegavensem; et sic rediens in Angliam, multam extorsit et

---

* As a token of his humiliation and remorse for his cruel and undutiful behaviour towards his father, which "at his death he remembered with bewailing, and desired to be buried as near him as might be." Baker.

Anno Gratiæ 1199. Moriturus igitur corpus suum apud Fontem Ebraudi, secus pedes patris sui, cujus proditorem se confitebatur, sepeliri jubens, ecclesiæ Rothomagensi cor suum inexpugnabile, propter suam dilectionem quam adversus Normannos gerebat legavit. Apud castrum vero prædictum viscera sua in ecclesia recondi jubens, stercora sua Pictaviensibus, propter suæ proditionis notam, reliquit. Flores Hist.

infinitam pecuniam, scilicet de quolibet jugo III solidos, in auxilium sibi, et sic demum rediit in Normanniam.

Pace facta inter ipsum et regem Franciæ, maritavit neptem suam filiam regis Hispaniæ Ludowico primogenito regis Franciæ, et sic tandem recuperavit quod prius amiserat a rege Franciæ. Post hoc, duxit ‡ rex Johannes Isabellam filiam comitis Engolismi, de qua genuit duos filios, Henricum et Ricardum, et tres filias, Joannam reginam Scotiæ, et Isabellam uxorem Frederici, et Elianoram comitissam Leycestriæ. Itaque rex, uxore ducta, iterum transfretavit in Normanniam, et nepotem suum Arturum apud Mirabel obsedit, et eum tandem cepit, et cum eo ducentos milites, cal. Augusti, anno Domini MCC secundo. Et cito post interfecto Arturo, rediit in Angliam.

Quo facinore perpetrato, Philippus rex subjugavit sibi Normanniam. Nec multo post Johannes rex, congregato magno exercitu et magno navigio apud Portesmowe, non est permissus ab archiepiscopo Cantuariæ Huberto transfretare; sed misit quendam filium suum Galfredum usque Rupellam, ubi ipse obiit et multi cum eo. Tunc temporis et Hubertus archiepiscopus obiit; et Godfredus, Wintoniensis episcopus, cui successit Petrus de Rupibus, Archidiaconus Pictaviæ.

Post hoc, transfretans rex in Pictaviam, et capto castello, quod Mons Albani dicitur, cum magno maris periculo rediit in Angliam ante natale Domini. Et congregatis omnibus Magnatibus apud Oxoniam, de communi assensu eorum cepit decimam omnium mobilium per Angliam. Anno vero sequenti, scilicet anno Domini MCCVII, regni sui VIII, oritur discordia inter regem et monachos ecclesiæ Christi Cantuariensis, propter electionem Ste-

‡ John having been divorced from his first wife, the daughter of the earl of Gloucester.

phani ¶ Cantuariensis archiepiscopi, electi contra voluntatem ipsius regis. Propter quod jussi sunt exulare. Stephanus vero nihilominus consecratus est a domino papa apud Viterbium XV Kalend. Julii. Rege igitur nolente consentire in archiepiscopum, interdicta est Anglia et Wallia IX cal. Aprilis, feria secunda ante ramum Palmarum. Et post hæc, confiscantur res ecclesiasticæ, et episcopi relegantur. Monachi vero Cisterciensis ordinis, violantes interdictum, cum magna confusione coacti sunt illud observare. Credebatur autem signum et portentum hujus interdicti fuisse cometa, quæ apparuit per spatium unius horæ, XV calend. Februar.; et terræ motus sequens, III calend. ejusdem.

Porro anno sequenti duxit rex exercitum super regem Scotiæ, et captis ab eo obsidibus, reversus est. Sed et eo tempore Otto, regis nepos, electus in Imperatorem, consecratus est a Papa Innocentio Nonis Octobris. Inter quos non multo post implacabilis discordia orta est.

Post hoc, transfretavit rex in Hiberniam, VIII Idus Junii; et subacta magna parte Hiberniæ, et Hugone de Lacey expugnato, et uxore Willelmi de Breaose et filio ejus Willielmo captis, et multis obsidibus datis, applicuit in Angliam, IV calend. Octobris. Tunc fecit omnes Judæos capi totius Angliæ, et cepit ab eis maximam redemptionem, prius tamen a majoribus eruto uno oculo, sed tamen a quibusdam pro altero annuam pensionem accepit. Unde (ut fertur) Isaac Judæus Norwicensis, singulis diebus quoad vixit, dedit regi Johanni, et Henrico filio suo post ipsum regnanti, unam marcam Sterlingorum. Sed tamen de singulis ordinibus et gradibus hominum in terra Anglicana cepit tallagia de laicis, clericis, religiosis, et de monachis; quod antea fuerat inauditum.

¶ Stephen Langton, 'Romanæ ecclesiæ Cardinalis, qui per monachos ecclesiæ Cantuariensis in archiepiscopum est electus et consecratus a Papa.' BIRCHINGTON.

Deinde, anno regni sui XIV, et Interdicti VI, auditis magnis comminatoriis a domino Papa de regno Angliæ amittendo propter contumaciam, resignavit sceptrum et coronam in manus Domini Pandulphi Legati, postea Norwicensis episcopi; et indictum est illi trium annorum exilium nisi dominus Papa indulgeret. Et præter hoc, factum est, ut ipse rex subiret annuum tributum solvere, scilicet septingentas marcas de Anglia et trecentas de Hibernia. Et sic impleta est prophetia Petri de Pontefracto, qui dixit regem non regnaturum ultra quartum decimum annum post primam coronationem; quoniam ex quo cœpit esse tributarius Romæ, videbatur quod desiit esse rex. Unde ut tolleret memoriam illius vaticinii de terra, fecit Petrum et filium suum equis distractos in cruce suspendi, V calend. Junii.

Et post hoc, transfretans in Pictaviam cum exercitu suo, cepit Robertum de Brus comitem, nepotem regis Franciæ. Et post interdictum reversi sunt episcopi ab exilio, scilicet, Cantuariensis, Londoniensis, Eliensis, Lincolniensis, Wigorniensis; et Robertus filius Walteri et Eustachius de Vescy, qui aliquandiu exulaverant. Et relaxatum est interdictum VI Nonas Junii.

Rege postea reverso de Pictavia, oritur inter ipsum et magnates Angliæ discordia; illis petentibus quod confirmaret libertates secundum formam chartæ Henrici Primi. Illo contradicente, tandem convenientes ad concilium apud Rondemede prope Stanes, concessit eis petitionem ipsorum, et fecit eis chartam qualem petierunt. Juraverunt autem in ejus animam de iisdem libertatibus conservandis, viginti quatuor de majoribus baronum Angliæ. Quod quia ipse processu temporis noluit observare, insurrexerunt in ipsum, accito Ludovico primogenito Philippi regis Franciæ. Qui applicuit in Angliam mense Maio, anno Domini MCC sexto decimo; et cum omni auxilio quod habere poterant, ingressi sunt Londoniam, regem infestan-

tes cum auxilio dicti Ludovici et parium suorum, comitum et baronum, paucis regi Johanni adhærentibus. Accitis tamen alienigenis, fortiter, quoad vixit, eisdem restitit. Ludovicus vero plura castra obtinuit, Cant. scilicet, Rofens., London., Winton., Farneham, Odiham, Norwich, Orefored, Colescestre, et plura alia castra et munitiones. Castrum Dovoriæ aliquandiu obsedit, sed nihil ibi proficiens, recessit.

Anno igitur eodem post celebrationem generalis Concilii Papæ Innocentii, quod proximo præcedenti anno celebravit, missus est Gwallo legatus in Angliam; cujus ope et consilio pars regis multum meliorata est et roborata. Sed quum res ei non cessissent ad vota, tædio (ut dicitur) affectus sive accidia circumventus,* mense Octobri, tribus vel quatuor diebus infirmatus obiit, XV calend. Novem. apud Newark, et Wigorniæ sepultus est, relinquens famosum sui nominis titulum, scilicet abbatiam de Bello loco † Ordinis Cisterciensis, quam a fundamentis construxit et egregie ditavit.

Anno igitur eodem rediit Ludovicus in Franciam, confusus decedens ab Anglia. Barones tamen Franciæ, invadentes Angliam, eodem anno apud Sandwich die Sancti Bartholomæi interfecti sunt; cum quibus interfectus est Stacius monachus tanquam dux et illorum princeps.

De rege Henrico III.

Anno Incarnationis Dominicæ MCC sexto decimo

* Some bookes sayen—he poysoned was to dead,
Of plummes so sittying at his meate,
In th' abbey of Cistews at Swynisheade,
With whiche a Monke there hym did rehete,
(Winyng of God grete thanke to gette)
At Newerk died, at Wurcester sepultured,
In chronicles as is playnly scriptured. Hardyng's Chron.

† Beaulieu in Hampshire.

successit Johanni regi Henricus filius ejus primogenitus, habens ætatis annos novem, et coronatus est apud Gloucestriam a legato Gwallone manum apponente unctioni, et Petro Wintoniensi,‡ die Apostolorum Sancti Simonis et Judæ.

Porro anno coronationis ejus tertio translatum est corpus gloriosi Martyris Thomæ Cantuariensis archiepiscopi a Stephano ejusdem sedis archiepiscopo, qui postea apud Oxoniam celebravit concilium,ubi quidam diaconus, Judæus effectus, degradatus est,et a laicis in ignem projectus interiit.

Henricus igitur, coronationis suæ anno tertio iterum coronatur apud Westmonasterium§ a Stephano Cantuariensi archiepiscopo, habens annos tredecim, scilicet nonis Julii. Quarto vero anno obsedit Henricus rex castrum de Bedford, et cepit, in quo captus est Faukes de Breante,‖ et plures alii barones Angliæ, quos omnes jussit suspendi. Regnavit autem in universo quinquaginta annis sex, tribus septimanis et tribus diebus.§ Obiit igitur in senectute bona, et appositus est ad patres suos, die beati Edmundi regis et martyris, anno gratiæ MCCLXX secundo, in transmarinis agente domino Edwardo primogenito suo.

---

‡ This Peter of Winchester is thus noticed in the annals of that church; 'Anno 1206, Petrus, Wintoniensis episcopus, Roma reversus, apud Wintoniam solenni processione receptus est, et inthronizatus Dominica in Ramis Palmarum, VII Idus Aprilis.'

§ The Lady-chapel of Westminster was built in this king's reign—" Anno gratiæ 1220, Sabbato autem sancto, vigilia scilicet Pentecostes, inceptum est novum opus capellæ beatæ Virginis apud Westmonasterium, rege Henrico Tertio existente ad hoc persuasore, fundatore, et primi lapidis in fundamento operis positore. FLORES HIST.

‖ or Foulke de Brente, who held the earldoms of Nottingham, Bedford, Oxford and Buckingham.

§ A. D. 1273, die S. Edmundi Archiepiscopi et Confessoris, dormivit rex Henricus cum patribus suis, et viam universæ carnis ingressus est. Vir quidem gloriosus in sæculo, sed non minoris gloriæ in Christo, exstitit enim vir religiosus et pius, et licet simplex in administratione temporalium, tamen magnæ devotionis in Deum; in piis largitionibus tam profusus, ut præter copiosam distributionem pauperum, eleemosynam ipsius sentirent multæ ecclesiæ Sanctorum, et præcipue Westmonasteriensis Londoniæ. In qua quidem basilica, quam ipse nobili schemate a fundamento decenter erexit, humaniter reconditus honorifice jacet, anno scilicet regni sui LVII. W. HEMINGFORD, SUB FINEM.

Dictus vero Henricus invita sua gessit multa, de quibus pauca de pluribus breviter exponemus. Anno igitur coronationis suæ vicesimo, cum Elianora Comitis Provinciæ filia contraxit, quam apud Cantuariam desponsavit, cooperante et agente beato Edmundo Cantuariensi archiepiscopo. De qua genuit Edwardum et Edmundum et filias quam plurimas. Quarum unam dedit regi Scotiæ, aliam comiti Britanniæ.

Sancto igitur Edmundo Cantuariensi archiepiscopo ad cœlestia translato, ad instantiam reginæ rege procurante et agente, electus est Bonifacius ad archiepiscopatum Cantuariensem, et Lugduni a sumno pontifice tunc ibidem commorante consecratus est; avunculus enim reginæ fuerat. Archiepiscopus igitur et regina, consentiente rege et permittente, multos de patria sua convocari fecerunt, quibus reditus, terras et ecclesiastica beneficia contulerunt. Unde factum est ut comitibus, baronibus, et indigenis a concilio regis expulsis, rex eisdem totaliter adhæserit. Super quo facto indignati sunt comites et barones Angliæ supra quod dici potest; congregatoque apud Oxoniam magno Parliamento de regni negotiis emendandis, juratum est a rege primo, comitibus, baronibus, et omnibus terræ magnatibus, quod omnia, secundum statuta ibidem ordinata, totaliter emendarentur. Et quia Aylmerus Wintoniensis electus, Willelmus de Valence, et Guido de Lisinon, fratres regis, istis provisionibus non consenserunt, a terra Angliæ cum omnibus suis in exilium acti sunt, Francigenæ autem ex parte reginæ adhuc in terra morantes simile periculum sibi formidabant. Unde eorum suggestione rex seductus, et super juramento suo pœnitentia ductus, ad curiam Romanam nuncios direxit, et a summo pontifice a juramento absolutus est. Quod audientes comites et barones jurati sunt dicentes, "Quod frangenti fidem fides observanda non est." Convenientes

igitur Barones in unum, præfecerunt sibi comites Gloverniæ et Simonem Leycestriæ, asserentes constanter et unanimiter pro libertate terræ se malle mori, quam contra Deum et justitiam perjurii crimen aliquo modo incurrere. Omnes igitur ad arma concurrentes, castra et villas totius Angliæ manu valida occupaverunt. Castrum Dovoriæ et omnes quinque portus in manus suas ceperunt. Unde timentes sibi Francigenæ, omnes ab Anglia se transtulerunt. Rex autem fraterque ejus Ricardus,* dictus rex Alemanniæ, exercitum colligentes non minimum, apud Lewes baronibus occurrunt, et literas sibi invicem de diffidatione mittentes, anno regni dicti regis Angliæ quadragesimo octavo, facto belli congressu, exercitus regis victus est. Mirum quidem contigit, quum in duplo plures essent in exercitu regis quam baronum, multis ibidem interfectis de plebe, sed paucis nobilibus.

Capitur ergo rex et frater ejus et Edwardus primogenitus regis, et multi nobiles carceri deputantur, rege tamen honorifice custodito. Comite igitur Gloverniæ et Henrico de Montefort pro redemptione incarceratorum inter se discordantibus, in magna ira ab invicem discesserunt. Unde factum est quod comes Gloverniæ secrete munciavit Edwardo, apud Hereford custodiæ mancipato, quod si evadere posset aliquo ingenio, secure, quantocius, ad ipsum veniret. Edwardus ergo, excogitato die noctuque evadendi ingenio, tandem ad hoc pervenit. Erat enim in eodem castro tres dextrarii nobiles et magnæ virtutis equi, quos vix aliquis ibidem ausus est experiri. Petente tandem Edwardo ut eos aliquantulum experiri posset, concessum est ei. Qui unum ascendens reduxit ita lassum, quod vix

* Richard earl of Cornwall, chosen in preference to his great competitor, Alphonso king of Spain, the celebrated mathematician; but his learning was of little avail, against the riches of the Earl, who was able to spend 100 marks a day for ten years, besides his revenues in England. BAKER, p 85.

pedibus potuit subsistere; sicque de altero hoc idem perfecit; tertium aliis nobiliorem, permittentibus custodibus, postremo conscendit. Sciens plane quod nullus eum subsequeretur, fluvium Sabrinæ transnatavit, et sic ad comitem Gloverniæ pervenit.

Magno igitur exercitu undecunque congregato, dictus Edwardus et comes Gloverniæ apud Evesham Simonem de Montfort exercitumque baronum ibi existentem hostiliter invaserunt. In quo loco, facto belli congressu, pridie nonas Augusti victoriam obtinentes omnes occiderunt. In quo bello occisi sunt et martyrio coronati Simon de Montefort‡, Henricus filius ejus, comes Herefordiæ, et alii quam plures nobiles et Barones, quorum nomine solius Dei scientia recolit. Et quoniam pro pace terræ et veritate interfecti sunt, et martyrii corona laureati, testantur miracula quæ per eos Dominus operari dignatus est.

Iis ita gestis, rex a custodia liberatus, regno suo ut decuit restitutus est. Rex igitur Henricus, missis nunciis ad curiam Romanam, a domino papa petiit et obtinuit per triennium decimam omnium ecclesiarum tam exemptarum quam non exemptarum; unde infinitam adunavit pecuniam.

Unum præcipuum et memorabile in vita sua gessit quod

‡ Walter of Hemingford, in his chronicle, relates that Simon in his last extremity cried out for mercy from his relentless foes: "Interim vero cecidit et occisus est Simon comes, priusquam reverteretur Edwardus, et quum staret pedes pugnans gladio, et occiso dextrario, circumque fecissent magnates sui cum Henrico primogenito suo, prorumpit in hæc verba, dicens ad hostes: 'Num misericordia aliqua vobiscum est?' et respondit unus, 'Quæ misericordia seductori?' Et ille, 'Misereatur ergo Deus animabus nostris, quoniam corpora nostra in voluntate vestra sunt; et his dictis martyrizaverunt eum præcisis membris et amputato capite. Corrueruntque cum eo, in modico terræ spatio, Henricus, primogenitus ejus, dominus Hugo le Spencer, dominus Raderus Bassett, dominus Thomas de Hestelee, dominus Willelmus de Mandeville, dominus Johannes de Beauchamp, dominus Guydo de Balioul, dominus Rogerus de Roule, et multi alii Nobiles cum plebe copiosa. Gestaque sunt hæc II Nonas Augusti, A. D. 1265, duravitque hoc bellum ab hora quasi prima usque fere vesperam; et reversi sunt cum rege liberato usque Wircestrim, portantes secum spolia multa, et caput Comitis Simonis mittentes ad uxorem Rogeri de Mortemer apud Wegemore.

Deum et beatum Edwardum venerabili devotione coluit; ob quorum reverentiam monasterium beati Petri apud Westmonasterium a fundamentis novum construi fecit, in quo venerabile corpus ejus honorifice sepultus est. Obiit autem ætatis suæ anno 65.

De Edwardo rege.

Anno igitur Domini MCC septuagesimo secundo, statim post mortem regis Henrici, domino Edwardo primogenito ejus in transmarinis agente, licet absenti, Anglia adjurata est, et de nomine suo pax acclamata, et in ejus nomine sigillum magnum et regium confectum est. Veniens igitur in Angliam, applicuit apud Dovoriam cum uxore sua in crastino festivitatis beati Petri qui dicitur ad Vincula, anno gratiæ MCC septuagesimo quarto¶, et eodem anno XIV calendas Septembris apud Westmonasterium coronatus est, agente et manum apponente Roberto de Kylwarbi ‖ Cantuariensi archiepiscopo, rege Scotiæ ibi existente et homagium faciente, et universis nobilibus Angliæ.

¶ "Anno igitur 1275 in ecclesia Westmon. Edwardus in regem, et Elionora, soror regis Hispaniæ, in reginam, a Roberto Archiepiscopo Cantuar. XIIII Kal. Septemb. pariter coronantur. Huic coronationi intererant Alexander rex Scotiæ, et J. comes Brittanniæ, cum suis uxoribus, sororibus quidem regis Edwardi, quæ per breve spatium temporis postmodum obierunt; sicque, post magnum gaudium coronationis, magnam tristitiam nobilibus reliquerunt." Flor. Hist.

‖ Who was afterwards a Cardinal. Eodem anno (1273) in Archiepiscopatum Cant. præfectus est per Dominum Papam frater Robertus de Kilverby, de Ordine Prædicatorum; qui in anno sequenti quinto vocatus ad Curiam in Cardinalem Hostiensem constitutus est, et successit ei in Archiepiscopatum, ex collatione Papæ, frater Johannes de Peckam de ordine Minorum.

CHRONICON BREVE

BONONIENSE

AB A. D. 548 USQUE AD A. D. 823.

CHRONICON BREVE

REGUM FRANCIÆ

BONONIENSE.

A. D.

548. Hilpericus.*

581. Hlodarius.†

605. Gregorius obiit.

615. Dagobertus.

665. Sigibertus.

675. Hlodarius.

679. Teudericus.

647. Clodoveus.

698. Hildebertus.

716. Dagobertus.

717. Carolus filius Pipini regis cœpit pugnare in Vinciaco.‡

721. Hilpericus.

736. Teudericus.

741. Carlus, major domus, moritur Parisiaci, et apud sanctum Dionysium sepelitur.—Hujus filii Carlomannus et Pippinus, sub obtentu majordomatus, totius Franciæ regnum suscipiunt et inter se dividunt.

---

* The chronicle commences in the MS. at the year 532, nothing however occurs but the numbers which mark the years. As it is useless to set down a mere roll of numbers, I have noticed those dates only to which some fact is annexed.

† This is an error: Clothaire succeeded to the throne in 584. There are several such errors in this chronicle.

‡ Vincy.

742. Carlomannus et Pipinus Odilonem Baioariorum ducem rebellare conantem prælio superant.

743. Carlomannus cum Odilone duce Baioariæ pacem facit.

745. Carlomannus et Pippinus simul Saxonum perfidiam, vastata eorum regione, ulciscuntur.

746. Carlomannus Alemannos iterum res novas molientes, nonnullis eorum interfectis, compescuit.

747. Carlomannus, relicta quam tenebat potestate, Romam vadit; ibique mutato habitu, religiose victurus, in cassinum ad sanctum Benedictum recessit.

748. Gripho frater Carlomanni et Pippini, potestatem quamdam affectans, primo ad Saxones, deinde ad Baioarios, se contulit.

752. Hildericus rex, qui ultimus Merovingiorum Francis imperavit, depositus, et Pippinus regni honore sublimatus est.

753. Pippinus iterum, Saxonum perfidia provocatus, regiones eorum devastat.

Stephanus Papa Romanus, auxilium contra Langobardos petens, in Franciam venit.

Gripho frater regis, quum Italiam petere conaretur, a comitibus fratris in Burgundia occisus est.

754. Bonifacius Mogontiacensis episcopus in Frisia martyrio coronatur.

Carlomanus Pippini frater Lugduni diem obiit.

Haifstufus, ¶ rex Langobardorum, a Pippino in Langobardia superatur.

Stephanus papa Romam revertitur.

756. Iterum Haifstulfus rex Langobardorum a Pippino in prælio superatur et in Ticino obsessus est, ac deinde

¶ Astaulph.

post reditum Pippini in Franciam in venatione quadam, equo cadens mortuus est.

757. Constantinus imperator Pippino regi... || cætera munera, et etiam organum mittit.

760. Prima expeditio a Pippino facta in Aquitaniam contra Waifarium ducem.

761. Secunda expeditio in Aquitaniam.

762. Tertia in Aquitaniam.

764. Hiems valida et præter solitum prolixa.

765. Corpora sanctorum Gorgonii, Naboris et Nazarii de Roma in Franciam translata sunt.

767. Lemovica civitas Aquitaniæ a Pippino capta.

768. Waifarius dux a suis interfectus, et Pippinus rex apud Parisios decessit.

Filii ejus Carlus et Carlomannus infulas regni suscipiunt.

770. Berta Regina filiam Desiderii regis Langobardorum Carlo filio suo conjugio sociandam de Italia adduxit.

771. Carlomanus rex decessit II nonas Decembris.* Uxor ejus ac filii in Italiam pergunt.

772. Carlus Saxoniam bello aggressus Eresburgum castrum capit, et idolum Saxonum, quod Irminsul vocabatur, destruit.—Adrianus Romæ pontificatum suscepit.

773. Carlus ducto in Italiam exercitu urbem Ticinum obsedit; et inde orandi... Romam vadit.

774. Ticinum a Carlo captum, et Desiderius rex Langobardorum in Franciam ductus. Adalgisus filius ejus ad Constantinopolim fugit.

Saxones in Hessis Francorum terminos vastant.

775. Carlus Saxonum perfidiam ultus omnes eorum regiones ferro et igni depopulatur.

Ruotgaudus Langobardus Italiæ regnum affectat.

|| The MS. is here defective.

* December 3.

776. Carlus contra Ruotgaudum in Italiam profectus eumdem interficit.

In Saxonia Eresburgum castrum a Saxonibus redditum; Sigiburgum Saxonibus obsessum sed non expugnatum.

777. Saxonia a Carlo subacta, et conventus in ea habitus in loco qui dicitur Paderbrunno.—Ibinalarabi Sarracenus præfectus Cæsaraugustæ, ad regem venit.

778. Carlus cum exercitu in Hispaniam usque Cæsaraugustam venit. Pampilonam civitatem destruit.—Saxones Francorum terminos usque ad Rhenum ferro et igni devastant et nec inulti revertuntur : nam ab exercitu regis, quem contra eos miserat, pars maxima eorum interfecta est.

779. Carlus more suo Saxonum perfidiam per se ulciscitur et acceptis firmat obsidibus. Hildebrandus Langobardus dux Spoletanus ad Carlum venit.

780. Carlus habito conventu in Saxoniam iterum eam subigit, et orationis causa Romam vadit.

781. Pippinus filius Carli Romæ baptizatur ab Adriano pontifice: a quo ipse et frater ejus Hludovicus unctus in reges. Tassilo dux Baioariæ apud Wormaciam, sacramento et obsidibus, suæ subjectionis fidem facit.

782. Legati regis Adalgisus et Geito a Saxonibus in prælio occiduntur: —quorum mors IV millium et quingentorum hominum decollatione vindicata.

783. Hildigarda regina obiit II Kal. Maii.§

Decessit et Berta regis mater IV Id. Julii.* Carlus Saxones duobus magnis prœliis vicit immensa eorum multitudine interfecta.

784. Saxones a Carlo sunt in prœlio superati.

785. Vidikindus Saxo ad fidem Caroli venit, et bapti-

§ April 29.

* July 12.

zatus est, et Saxonia subacta.— Conjuratio Orientalium Francorum quæ vocatur Hartradi exorta est et cito composita.

786. Carlus misso exercitu Brittones domuit, et orationis causa Romam vadit.

787. Eclipsis solis facta est XV Kal. Octobris.‡—Carlus cum exercitu Roma Capuam venit.

Grimoldus filius Aragisi ducis Beneventanorum in obsidatum regi datur.

Rutrudis filia regis a Constantino imperatore desponsatur.

788. Tassilo dux Baioariæ depositus.

Græcorum exercitus a Francis et Langobardis et Beneventanis prœlio superatur. Similiter et Avares in marca Baioariæ atque Italiæ a regis exercitibus victi atque fugati sunt.

789. Carlus Slavos, qui Vulzi vocantur, magno exercitu adgressus domuit ac ditioni suæ subjugavit.

790. Hic annus bellorum motibus quietus fuit. Quem rex apud Wormaciam transegit.

791. Palatium Wormacense incendio comsumptum.

Carlus, Pannonias cum exercitu ingressus, Hunnorum regiones ferro et igni depopulatur.

792. Hæresis Feliciana ipso eam abnegante damnata. Conspiratio Pippini contra patrem facta.

In Baioaria pons navalis in Danubio factus.

793. Fossa a rege facta intra Radantiam et Almconam fluvios.

Prœlium factum inter Sarracenos et Francos, in Gothia, in quo Sarraceni superiores extiterunt.

Saxonum defectio.

794. Synodus habita in Franconofurd, in qua hæresis

‡ Sept. 17.

Feliciana iterum a suo auctore condemnata est.

Fastrada decessit.

Saxonia subacta.

795. Carlus Saxoniam ingenti depopulatione devastat. —Vuitzin dux Abodritorum ad regem pergens a Saxonibus occiditur.

796. Adriano pontifice defuncto Leo papa successit.— Huni primo per Ericum ducem Foriojuliensem, deinde per Pippinum filium regis subacti: et omnes Hunorum opes ac thesauri sublati.—Saxonia iterum a rege vastatur.

797. Barcinona Hispaniæ per Zaranum Sarracenum Carolo tradita.—Constantinus imperator excæcatus est.

798. Carlus cum exercitu hiemem in Heristallio Saxonico. Abodriti Saxones transalbianos prœlio... — Mauri piraticam exercere incipiunt.

799. Leo papa excæcatus et in Franeiam ad Carolum adductus. Ericus dux Forojuliensis juxta Tharsicam civitatem occiditur: et Geroltus Baioariæ præfectus cum Avaris dimicans interfectus.

800. Carolus orationis causa Turonis ad Martinum vadit. Inde reversus propter Leonis papæ causam Romæ proficiscitur, ibique hiemavit, et exercitum in Beneventum misit.

801. Carolus rex imperator et Augustus appellatur et motus maximos fusit.. kal. Maii.—Barcinona in Hispania, Teate in Italia captæ sunt.

820. Aron rex Persarum elephantum ad Carolum mittit. Pax cum Græcis facta. Uvigisus dux Spoletanus a Grimoldo captus.

803. Pax inter Carolum et Nicephorum imperatores per inscriptionem pacti consummata.

804. Carolus Saxones Transalbianos in Franciam transtulit. Leo Papa ad illum Aquis venit.

805. Carolus junior cum exercitu in Boheimos mis-

sus: Caccanus princeps Hunorum Aquis ad regem venit.

806. Partitio regni Francorum ab imperatore in villa Theodonis propter filios suos.

Carolus junior cum exercitu missus in Saralios et alius ..... in Boheimos.

Hadumarus Genuæ comes in Corsica a Mauris interficitur. Eclipsis lunæ facta est II nonas Septembris.†

807. Eclipsis solis facta est III idus Februarii‡— et eclipsis lunæ IIII kal. Martii.¶ — Iterum eclipsis lunæ XI kal. Septembris.‡

Aron rex Persarum papilionem et tentoria pulcherrima imperatori cum aliis multis muneribus misit.

808. Godofridus Rex Danorum Abodritos bello aggressus multis afficit malis; contra quem Carolus junior trans Albiam cum exercitu mittitur.

Hardulfus¶ rex Nordanhumbrorum patria pulsus ad regem venit.

809. Dertosa,|| civitas Hispaniæ a Hludovico filio semper obsessa.

Hardulfus, rex Nordanhumbrorum, in regnum suum reductus est per legatos imperatoris. Trasco dux Abodritorum a Danis interficitur. — Castrum Essesfleth trans Albiam a Francis edificatur.

810. Eclipsis facta VIII kal. Januarii.§ Mauri Corsicam insulam vastant et Nordmanni Frisiam. — Pippinus rex Langobardorum decessit, VIII id. Julii.* Boum pestilentia per Europam immanis grassata est: inde fabula pullulorum exorta est, — Sol et Luna bis defecerunt: sol, VII id. Jul.

† Sept. 4. ‡ Feb. 11. ¶ Feb. 26. ‡ Aug. 22.

¶ Otherwise called Ardwolf: the expulsion of this king from Northumberland is recorded under the years 806, 808, by the Saxon Chronicle, Henry of Huntingdon, and Matthew of Westminster, but they say nothing of his taking refuge in France or of his restoration to the throne.

|| i. e. Tortosa. § Dec. 25. * July 8.

et pridie kal. Dec.* — luna XI kal. Julii et XIX kal. Jan.‖

811. Carolus imperator pacem fecit cum Hemmengo rege Danorum, et Carolus junior decessit.

812. Carolus imperator pacem fecit cum Abulaz rege Sarrazenorum, et cum Grimoldo duce Beneventanorum— Nicephorus imperator a Bulgaris occiditur.—Eclipsis solis facta idibus Maii.†

813. Carolus imperator Hludovicum filium suum coronat et sibi consortem imperii facit. Pons Rheni apud Magontiacum incendio conflagravit. Centumcella civitas Tusciæ a Mauris vastata.

814. Carolus imperator Aquisgrani decessit, V kal. Februarii.‡ Hludovicus ejus filius succedens erepta per vim patrimonia magna liberalitate restituit.

815. Hludovicus rex et imperator exercitum Francorum ad auxilium Herioldo Danorum regi ferendum contra filios Godofridi in Normanniam mittit. Romæ quidam in necem Leonis papæ conspirantes interficiuntur.

816. Wascones gentilitia levitate usi defecerunt. Leo papa decessit VIII kal. Junii:¶ et Stephanus diaconus pontifex erectus paucis post ordinationem suam diebus ad imperatorem venit; a quo apud Remorum civitatem honofice susceptus est.

817. Eclipsis lunæ facta non. Februarii. Eadem nocte stella cometes gladio similis visa est. Stephanus papa IX kal. Februarii§ diem obiit: cui Pascalis presbyter successit. Hludovicus imperator Lotharium filium suum socium imperii facit.—Bernardus rex Langobardorum novas res molitus a suis deseritur.

---

* July 9. and Nov. 30. ‖ June 21 and Dec. 14.

† May 15. ‡ Jan. 28. ¶ May 25.

§ Jan. 24.

818. Brancardus Francorum judicio, excæcatus moritur. Hludovicus Imperator Britanniam cismarinam bello petens, Mormanum eorum tyrannum interfieit. Eclipsis solis facta VIII id. Julii.|| —Irmingardis Regina decessit non. Octobris.§

819. Contra Liudervicum Sclavum in Pannonia rebellantem exercitus de Italia missus. Pippinus filius imperatoris Wascones vicit ac subegit—Sclaomir dux Abodritorum in exilium mittitur.

820. Tres exercitus de Francia, Saxonia atque Italia in Pannoniam contra Liudewicum missi.. Propter nimietatem pluviarum aer corruptus et fames valida.... Defectio lunæ facta VIII kal. Decembris.†

821. Hludovicus imperator Noviomagi divisionem regni facit inter filios suos: deinde in villa Theodonis omnes qui suo tempore in exilium missi fuerunt revocavit, et in suum statum restituit. Hlotarius filius ejus uxorem duxit et apud Wormatiam hiemavit.

822. Hludovicus imperator sacerdotum usus concilio de omnibus, quæ publice perperam gessit, publicam pœnitentiam egit.— Post hæc cuncta quæ regno suo corrigenda invenire potuit corrigere atque emendare curavit. — Hlotarius in Italiam missus. Pipinus frater ejus et ipse, uxore ducta, in Aquitaniam missus.

823. Hlotarius juvenis, orante Paschale papa, Romam veniens ab eo coronatur, et a populo Romano imperator appellatur.

Liudewicus in Dalmatia ab hostibus suis interficitur. Roma Theodorus..... et Leo nomine..... patriarcho Lateranensi occiduntur.¶

|| July 8. § Oct. 7. † Nov. 24.

¶ From this point nothing occurs but numbers, till the year 856, where the Chronicle ends.

CHRONOLOGIA BREVISSIMA
AD NORTHANHYMBROS SPECTANS,
AB A. D. 547 USQUE AD A. D. 737.

CHRONOLOGIA BREVISSIMA

AD NORTHANHYMBROS SPECTANS,

AB A. D. 547 USQUE AD A. D. 737.

Anno D.XLVII.* Ida regnare cœpit, a quo regalis Nordanhymbrorum prosapia originem tenet, et XII. annis in regno permansit. Post hunc

Glappa I. anno,
Adda VIII.
Aedilric IIII.
Theodric VII.
Friduuald VI.
Hussa VII.
Aedilfrid XXIIII.
Aeduini XVII,
Osuald VIIII,
Osuiu XXVIII,
Ecgfrid XV,
Aldfrid XX,
Osred XI,
Coinred II,
Osric XI,

---

* See Bede's Epitome of his Ecclesiastical History.

Ceoluulf VIII,†
Baptizavit Paulinus ante annis C.XI.‡
Eclypsis ante annis LXXIII.¶
Penda moritur ante annis LXXIX.‖
Pugna Ecgfridi an. LXIII.§
Ælfuini ante annis LVIII.*
Monasterium æt Uiuræmoda ante annis LXIIII.†
Cometæ visæ ante annis VIII. Eodem anno pater Ecgberct transivit ad Christum.
Angli in Britanniam ante annis CC. XCII.‡

---

† For further information concerning these kings, see Bede's Eccl. Hist. I, 34. II, 20. III, 9. 14. IV, 5. 26. V, 18, 23. Simeon of Durham, Florence of Worcester and Nennius.

‡ Bede, II, 9. 14.

¶ Bede, III, 27.

‖ Bede, III, 24. There is a mistake in the number; it should be LXXXII.

§ Bede, IV, 26. The number should be LII.

* Bede, IV, 21.

† This should be LXIII. See Bede's Lives of the Abbats of Wearmouth.

‡ This should be CCLXXXVIII. See Bede's Eccles. Hist. I, 15.

See the general remarks on this short chronicle in the preface to this volume.

CATALOGUS
PONTIFICUM ROMANORUM.

CATALOGUS

PONTIFICUM ROMANORUM,

A BEATO PETRO USQUE AD ANNUM DOMINI 1254.

HÆC SUNT NOMINA ROMANORUM PONTIFICUM.

	annis	mens.	dieb.
Beatus Petrus Apostolus sedit .	25	8	8
Linus	11	3	13
Cletus	11	1	11
Clemens	9	2	10
Anacletus.	9	2	10
Euaristus	10	7	2
Alexander	8	5	2
Sixtus [I].	10	3	21
Telesphorus	11	3	22
Hyginus.	4	3	6
Anicetus[-cius] . . .	9	3	4
Pius.	11	4	21
Sother	9	3	21
Eleutherius[Eleuther] . .	15	6	5
Victor [I]	10	2	10
Zepherinus	9	6	10
Calixtus [I Martyr] . . .	5	2	10
Urbanus [I]	8	11	12
Pontianus. . . : .	5	2	2
Antheros	0	5	15

Fabianus	14	11	11
Cornelius	3	2	10
Lucius [I]	3	3	3
Stephanus[I]	3	2	15
Sixtus [II]	2	11	6
Dionysius	2	3	0
Felix [I]	2	10	25
Euticianus	8	10	4
Gaius	11	4	9
Marcellinus	7	2	25
Marcellus.	6	0	22
Eusebius	2	2	25
Melchiades	3	6	8
Silvester [I]	23	10	11
Marcus	2	8	22
Statius	11	2	8
Liberius [I]	10	7	7
Felix [II]	1	et Damasus	
Iterum Liberius II	sedit annis 5	0	0
Damasus[I]	18	2	10
Siricius	15	11	25
Anastasius [I]	2	0	26
Innocentius [I].	15	2	20
Zosimus [I]	1	8	25
Bonifacius [I]	3	8	13
Celestinus [I]	8	0	9
Sixtus [III]	8	0	19
Leo [doctor eximius I]	21	1	27
Hilarius [I]	6	3	10
Simplicius	15	1	7
Felix [III]	8	11	17
Gelasius [Pelagius I.]	4	8	19
Anastasius [II]	1	11	24
Symmachus	15	7	28

Hormisda	9	0	17
Joannes I	2	8	18
Felix IV	4	2	13
Bonifacius II	2	0	26
Joannes II	2	4	6
Agapetus I	0	11	18
Silverius	1	5	11
Vigilius . : . .	17	6	26
Pelagius I . : . .	4	10	18
Joannes III	15	11	27
Benedictus I	4	1	18
Pelagius II	10	2	10
Gregorius I [doctor eximius] .	13	6	10
Savinianus	1	5	9
Bonifacius III . : . .	0	8	28
Bonifacius IV	6	8	12
Deusdedit	3	0	20
Bonifacius V	5	0	13
Honorius I	12	11	17
Severinus	1	0	0
Joannes IV	1	9	18
Theodorus I	6	5	8
Martinus	6	1	26
Eugenius I	2	8	22
Vitalianus	14	6	0
Adeodatus	4	2	5
Domnus I	1	5	10
Agatho	2	6	3
Leo II . . : .	0	10	17
Benedictus II	0	10	12
Joannes V	3	2	13
Conon	0	11	9
Sergius I	13	8	23

Joannes VI	2	7	17
Sisinnius	0	0	20
Constantinus I. . . .	7	0	15
Gregorius II	16	8	20
Gregorius III	10	8	24
Zacharias	10	3	15
Stephanus II	5	0	28
Paulus	10	5	0
Constantinus II . . .	1	1	0
Stephanus III	3	5	28
Adrianus I	23	10	18
Leo III	20	5	16
Stephanus IV	0	7	0
Paschalis I	7	0	17
Eugenius II	3	2	0
Valentinus	0	0	40
Gregorius IV	16	0	0
Sergius II	3	2	0
Leo IV	8	3	6
Benedictus III . . .	2	5	0
Nicholas I	9	2	20
Adrianus II	5	0	0
Joannes VII	10	0	2
Marinus I	1	5	0
Adrianus III	1	3	0
Stephanus V	6	0	9
Formosus	5	6	0
Bonifacius VI	0	0	15
Stephanus V	1	3	0
Romanus	0	3	32
Theodorus II	0	0	20
Joannes VIII	2	0	15
Benedictus IV. . . .	3	2	0

Leo V	0	0	40
Damasus II			
Christoforus	0	8	0
Sergius III	7	3	16
Anastasius III	2	2	0
Lardo	0	6	0
Joannes IX	12	2	3
Leo VI	0	6	0
Stephanus VII	2	1	0
Joannes X	4	10	0
Leo VII	3	6	10
Stephanus VIII	3	4	15
Marinus II	3	6	14
Agapetus II	10	6	10
Joannes XI	7	10	5
Benedictus V	0	2	5
Leo VIII	1	4	0
Joannes XII	7	11	5
Benedictus VI	1	6	0
Domnus II	1	6	0
Bonifacius V	0	1	12
Benedictus VII	9	6	0
Joannes XIII	0	8	0
Joannes XIV	0	4	0
Joannes XV	10	7	10
Gregorius V	2	5	0
Joannes XVI	0	10	0
Silvester II	4	1	8
Joannes XVII	0	5	0
Joannes XVIII	5	0	0
Sergius IV	2	0	0
Benedictus VIII	11	11	21
Joannes XIX	9	9	0

Benedictus IX. . . .	14	0	0
Silvester III	0	0	56
Gregorius VI	2	0	0
Clemens II	0	9	7
Damasus III	0	0	23
Leo IX	5	2	6
Victor II	2	8	13
Stephanus IX	0	9	0
Benedictus X	0	9	0
Nicolaus	2	6	0
Alexander II	9	6	25
Gregorius VII . . .	12	1	4
Victor III	1	0	0
Urbanus II	11	4	0
Pascalis II	18	5	7
Gelasius II	1	0	0
Calixtus II	5	10	13
Honorius II	5	11	3
Innocentius II	13	7	8
Celestinus II . . .	0	5	13
Lucius II	0	11	4
Eugenius III	8	4	20
Anastasius IV	1	4	24
Adrianus IV	4	8	28
Alexander III	21	11	9
Lucius III	4	2	18
Urbanus III	1	10	25
Gregorius VIII . . .	0	1	27
Clemens III	3	3	13
Celestinus III sedit annis .			
Innocentius III . . .	19	0	0
Honorius III sedit annis . .			
Celestinus IV sedit . . .	0	1	14

Innocentius IV	11	0	0
Alexander IV			

EXCERPTA

EX HISTORIA ANGLORUM [H].

EXCERPTA

EX HISTORIA ANGLORUM H.

Igitur omnia sunt miracula, quæ Beda magnus auctor suo inseruit operi, disperse quidem secundum temporis distinctiones, nos coagulata continuavimus. De viris autem illustribus, qui post tempora Bedæ miracula fecerunt his non inferiora vel rariora, silere disposuimus, quia, sicut prædiximus vel auctoritate carent certa, vel quantum Beda Dei servus probavit. Nec minus antiquioribus effulsere moderni. Quod si quis libratim examinare pertentet, petat ecclesias ex eorum nomine dedicatas, ubi mirabilium virorum mirabilia gesta videbit.

Loca Sancta.

Quis Cantuariæ metropolitanam ecclesiam venerabilem petens, et Dunstani patris sanctissimi numerosa legens magnalia, magnopere non miretur, et in laudes Sancti Sanctorum gratulabundus non erumpat? Clarissima dicta tanti patris amplectens eructuare poterit: *Mirabilis Deus in Sanctis suis!*

Quis Wintoniensem visens ecclesiam, et patris ETHELWALDI gesta revolvens, non laudet patrem, qui solus facit per se et suos miracula? O quot ecclesias præsul ille Deo instituit! quot congregationes regularibus disciplinis insignivit! quot impietatis incendia rore sancti Spiritus extinxit! Illic quoque sancti patris SWITHINI laudes videbis qui fortissimi regis EGBERTI assiduus et pius Ethelwulfi filii ejus educator fuit. Ethelwulfus vero de clericatu translatus ad regnum concessu Leonis Papæ pontificavit eum feliciter. Tertio vero anno Ethelberti regis filii Ethelwulfi, vir sanctus decessit cum gloria.

Ibi etiam Birini præsulis Dorcecestriæ, quæ modo sedes ad Lincolniam translata est, miracula magna videbis.

Schireburnam vero petens, Aldhelmi, ejusdem loci episcopi, miracula cernes, quæ modo sedes ad Saresburiam translata est. Cernes ibi magnos patris magni triumphos et in beati laudes triumphantis erumpes.

Kinelmi vero martyrium clandestinum leges apud Winchelcombe. Hic fuit filius regis Merciorum Kenwulfi qui quum XXIV annis regnasset, anno gratiæ DCCC et XIX decessit. Martyrium vero Kenelmi filii ejus revelatum est cœlitus Romæ Silvestro juniori papæ.

Milburgæ vero virginalem videbis vitam apud Winlocan, quæ fuit filia Merwali filii Pendæ regis et Domnevæ filiæ Ermenredi filii regis Edbaldi Cantuariæ.

Milgitha vero soros ejus in finibus Northanhumbriæ quiescit.

Mildrithæ vero tertiæ sororis cælibem vitam in insula Thanet reperies.

Rumwaldi vitam videbis mirandam apud Buchingeham super flumen Use.

Neoti vero vitam laudabilem videre poteris per flumen prædictum, scilicet Use, decurrens usque in Huntindune-

scire, ubi corpus ejus sanctissimum pausat. Splenduit tempore Aluredi regis et Martini Papæ.

Ivonis autem, super idem flumen percurrens, vitam vises venerandam. Ibi namque gloriosum corpus revelatum est centum lustris post obitum ejus, tempore regis longævi Ethelredi, qui triginta septem annis regnavit: nec longe distat a nostræ memoriæ temporibus.

Ramesiam vero, quæ super paludes sita est, ex prædicto flumine progrediens, et corpora et vitam Ethelredi et Ethelberti reperies. Qui filii Ermenredi filii Edbaldi regis Cantuariæ: nam martyrizati sunt et magno miraculo inventi.

Apud Burgum vero, quod super easdem paludes pulcherrimas situm est, pausant duæ sanctæ virgines germanæ, Kyneberga et Kyneswitha, sorores regum Peadæ et Wulfhere et Ethelredi. Tunba etiam virgo sancta prædictarum cognata quiescit ibidem.

Sanctus vero Guthlacus in eadem palude vernantissima quiescit apud Croilandam. Hic in diebus fuit quatuor regum Merciæ, scilicet Ethelredi filii Pendæ et Kenredi cognati ejus, qui uterque monachi facti sunt, et Chelredi filii Ethelredi fortissimi regis et tempore Ethelbaldi. Obiit anno gratiæ DCCXV.

Sancta Werberga apud Cestriam quiescit, de qua quum multa dicantur, unum, quod egregium est et inauditum, tacere non possum. Scribitur enim quod aucas silvaticas, quarum copia grandis frumentum suum virens depascendo exterminabat, includi fecerit in domo quadam quasi domesticas. Quas quum mane vocatas emittere pararet, vidit unam deesse; quam quum a famulis comestam, rem perquirens, audisset, "Afferte mihi" inquit, "plumam et ossa comestæ." His allatis, præcepit Dei excelsi sponsa, ut integra esset et viva. Anseribus igitur applaudentibus et accla-

mantibus pro sociæ amissæ reditu, præcepit ne in sempiternum introiret in campum illum aliqua speciem illorum participans. Recesserunt omnes incolumes, et quod virgo præcepit, observatum est usque in hunc diem.

Sancta vero Wilfilda regis Edgari spretis sponsalibus pro Deo sponso, Barkinge fuit Abbatissa et ibidem sepulta, ubi virginis sanctæ miracula videns sponsum laudabis virginum.

De sancta quidem Ethelberga, loci ejus Abbatissa, præclara miracula Beda refert.

Sancta Edgitha filia regis Edgari Wintoniæ pausat, et ibidem virginis splendida leguntur miracula.

Nomina ergo regum omnium Angliæ secundum regna singula subscripta sunt.

I. Reges autem Cantienses hi sunt ex ordine ;

Primus rex, HENGISTUS.

Esc filius ejus, secundus.

OTTA, tertius.

IRMINRICUS, quartus.

ETHELBERTUS, quintus.

EDBALDUS, sextus.

ERCHINBERTUS, septimus.

EGBERTUS, octavus.

Lotharius, nonus, regnavit duodecim annos et pugna Australium Saxonum neci traditus est.

EDRICUS regnavit anno et dimidio, extraneus a regali prosapia.

NIDREDUS et Wibbehardus similiter extranei regnaverunt sex annos et expulsi sunt.

WICTREDUS de regia stirpe ortus, regnavit viginti et tres annos in pace, et cum Ina rege concordiam fecit.

EDBERTUS filius Wictredi cum duobus fratribus regnum tenuit viginti et duo annis.

ETHELBERTUS sceptro regni potitus est duodecim annis.

EGFRIDUS regnum idem viginti et quatuor annis, ut conjicere ex scriptis possumus, tenuit.

EDBRIDUS Pren regnum tribus annis et captus est et abductus a Cenwulpho, rege Merciæ.

CUTHREDUS regni insulas obtinuit novem annis.

BALDREDUS regnavit septendecim annis, et fugavit eum a regno rex Egbertus Westsexæ.

EGBERTUS rex Westsexæ regnum conquisitum obtinens, Ethelstano filio suo moriens reliquit. Cessavit ergo regia stirps Cantuariæ,et in aliena jura regnum transiit.

Ethelstano vero defuncto ad fratrem Ethelwulfum regem Westsexæ regnum illud rediit. Quod quum hæreditario jure Ethelberto filio suo reliquisset, et alius filius ejus Ethelbaldus rex Westsexæ post quinque annos periisset, regnum utrumque Ethelberto subditum est et nunquam postea divisum. Hic ergo omnino regnum Cantiæ explicit.

II. Reges vero Westsexæ hi sunt ex ordine;

CERDIC, primus. KENRIC. CEULIN. CHELRIC. CHELWULF. CYNEGILS. KENWAHL. SEXBURGH. ESCWIN. KENWIN. CEDWALLA duobus annis regnavit, sed et Vectam insulam acquisivit. Cent bis prædavit, pergensque Romam, in albis mortuus est et insignia regni commutavit.

INA regnavit septem et triginta annis, vicitque Gerentem regem Wallensem, domuitque bello Occidentales Saxones: Romamque petens se feliciter regno deposuit.

ETHELHARDUS, cognatus regis Inæ, regnum sibi ab eodem traditum rexit in pace quatuor annis.

CUTHREDUS regnavit sedecim annis, vicitque Britones bis lege prælii, et regem Ethelbaldum.

Sigebertus crudeliter anno uno et paulo plus regnavit, et a regno expulsus et postea occisus est.

Kenwulphus regnavit viginti sex annis, quem Sigebertus frater regis prædicti neci tradidit.

Berctricus regnavit sedecim annis, cujus tempore primum Dacorum sævitia Britanniam lacessivit.

Edbertus regnavit septem et triginta annis, et prædavit in Britannia ab Oriente usque ad Occidentem, vicitque bello Bearwulfum regem Merciæ et Baldredum regem Cantiæ, et regem Wilafe et Dacos.

Ethelwulfus regnavit novendecim annis, victusque a Dacis apud Carram, perniciose vicit eos apud Aclea.

Ethelbaldus, filius regis prædicti, regnavit quinque annis et sepultus est apud Schireburnam.

Ethelbertus frater ejus regnavit anno, cujus duces et exercitus Dacos vicerunt apud Wincestre.

Ethelredus frater eorum quinque annis regnavit et paulo plus, qui apud Redinge contra Dacos cum fratre suo minore conflixit.

Alfredus viginti octo annis et dimidio, de quo nihil breviter dici potest, quia multa fecit et miranda.

Edwardus viginti tribus annis, et pugnavit contra Dacos in Northumbria, et occidit reges fortes vicitque Dacos apud Totenhale et conquisivit Merciam.

Ethelstanus, filius Edwardi, XIV annis, qui fecit maximum prælium apud Bruneberi.

Edmundus VI annis et dimidio, qui super Dacos quinque urbes cepit, et iisdem victis, Northumbriam in dominio tenuit.

Edredus, frater Edmundi, IX annis; omnes Angliæ partes feliciter obtinuit.

Edwius, filius Edmundi, IV annis, eodem spatio et potentia tenuit.

Edgarus, filius Edmundi, sedecim annis pacifice et gloriosius omnibus aliis imperavit.

Edwardus rex sanctus V annis regnum tenuit et feliciter occisus est.

Ethelredus frater ejus, ira Dei perturbatus, ærumnose regnavit, de quo multa dicuntur; qui Emmam Normannorum geminam Ricardi consulis filiam duxit in uxorem.

III. Reges autem Estsexæ hi sunt ex ordine.

Erchinwinus, primus. Slede. Sebertus. Sigebertus. Sibertus. Suithelmus. Sebbi. Sighardus.

IV. Reges Northumbriæ hi sunt ex ordine.

IV. Ida primus. Ella. Ethelfertus. Edwinus. Oswaldus. Oswius. Egfridus. Alfridus, regis Egfridi filius, doctus in scripturis, strenuus in bellis, regnavit XX annis.

Osredus, filius ejus, regnavit XI annis, et pugnans interfectus est.

Kenredus regnavit II annis, et infirmatus mortis celeritate præventus est.

Osricus regnavit XI annis et vitali luce caruit.

Ceolwulfus, frater Kenredi prædicti regis, regnavit VIII annis et monachus effectus est. Cujus tempore Beda presbyter venerabilis et Christi philosophus feliciter decessit.

Edbertus, cognatus ejus, regnavit XXI annis, effectusque monachus, fragilem vitam fine glorioso perlustravit.

Oswulfus, filius ejus, regnavit uno anno, et a familia sua proditus est et occisus.

Mol Ethelwol regnavit sex annis et coactus dimisit illud.

[Eldredus regnavit VIII annis et fugatus depositus est a gente sua.

Ethelredus filius Mol regnavit IV annis et fugit a facie duum suorum rebellantium.

Elfwoldus regnavit X annis, quem Sigga dux proditione occidit.

Osredus, nepos regis prædicti, regnavit I anno, et a regno fugatus est a suis et post triennium occisus.

Ethelredus, filius Mol, iterum regnavit IV annis et occisus est a populo suo semper nequissimo.

Ardulfus regnavit XII annis, et a suis fugatus a regno suo. Postea Northumbri, ut apparet, insania nequitiæ præoccupati, aliquantisper sine rege fuerunt, et Egberto regi concordati sunt

Tempore regis Ethelwulfi regnaverunt Osbertus in Northumbria, quem more solito abjicientes, constituerunt Ellam regem: qui utique quum a Dacis occisi fuissent, regnaverunt Daci multo tempore in Northumbria. Scilicet rex Haldene et Guthfridus et Nigellus et Sidricus et Reginaldus et Anlaf. Confuse autem regnaveruut Daci, ita quod modo ibi rex unus erat, modo duo, modo reguli multi. Postea vero Edredo regi Westsexæ in dominium contigit et successoribus ejus. Hic igitur omnino regnum Northumbriæ explicit.

V. Reges Estangliæ hi sunt ex ordine.

Uffa, primus. Tatulus. Redwaldus. Erwaldus. Sigebertus. Egricus. Anna. Ethelhere. Ethelwaldus. Aldwulfus.

Exhinc multo tempore regnum istud aliis regnis variis modis subjectum fuerat. Quia nunc reges Westsexæ vel

Cantiæ in dominio illud tenebant, nunc alicui vel aliquibus dabant illud. Unde aliquando rex unus ibi erat, aliquando multi reguli. Ultimus tamen Anglorum sub rege Westsexæ regnavit ibidem sanctus Edmundus. Quo interfecto regnavit Guthrus Dacus. Postea regnum minutum Daci partiti sunt; fuitque sub eis usque dum regi Edwardo ex maxima parte subjecta est. Hic igitur regnum Estangliæ dominio Westsexæ contingens explicit.

VI. Reges Merciæ hi sunt ex ordine

Crida primus. Wibba. Cheorlus. Penda, Peada, Wulfhere, Ethelred, filii Pendæ. Iste regnavit XXI annis, et gloriose monachus effectus est.

Kenredus, cognatus ejus, regnavit quinque annis, Romamque petiit et victoriosus monachatum suscepit.

Ceolredus, filius Ethelredi regis, regnavit VIII annis, pugnavitque valide contra regem Inam.

Ethelbaldus superbus regnavit XLI anno. Hic prædavit Northumbriam, vicitque gentem Walliæ, præfuitque regibus omnibus Angliæ, sed tandem a Cuthredo rege victus et postea occisus est.

Beornredus I anno regnum tenuit: sed Offa validus eum aufugavit.

Offa XXXIX annis regnum tenuit. Is regem Westsexæ Kenwulfum bello minoravit et Cantienses et Northumbros.

Egfridus, filius Offæ, uno ad plenum anno vivere non suffecit.

Kenwulfus regnavit XVI annis pacifice et mortuus est communi morte.

Ceolwulfus III annis regnum tenuit, quod tunc ei Beornwulfus ferox diripuit.

Beornwulfus I anno regnum tenuit, et ab Egberto rege victus demarcuit.

Ludechenus rex primo anno sui cum consulibus quinque suis occisus est.

Wilaf ab rege Egfrido victus bellando, tributarie sub eo regnum tenuit.

Item paucis dicendum est de regno Merciæ.

Brithwaldus namque rex Merciæ tertio anno regni sui fugatus est a Dacis.

Burghredus etiam, quum regnasset XXII annis, fugatus est a regno. Daci igitur regnum illud sibi conquisitum prius Ceolwulfo ad servandum tradideruut. Postea vero sibi minute diviserunt, ita quod pars patriæ et procerum quinque erat sub regibus Westsexæ. Edmundus vero rex Westsexæ totum sibi in dominium subdidit. Hic igitur regnum Merciæ dominio Westsexæ penitus subditum explicit.

VII. Reges Suthsexæ hi sunt ex ordine.

Ælle primus. Scisse. Cæteros scriptorum vel fama obscura recondit, præter regem Ethelwaldum qui jure adhuc nomen habent, quia primus Christi nomen agnovit de regibus Suthsexæ. Et hæc quidem expliciunt.

De regibus qui regnaverunt super totam Angliam.

De regibus, qui regnaverunt a tempore Ethelredi, qui Emmam duxit in uxorem filiam comitis Ricardi Normanni.

Ipse Ethelredus regnavit super universos fines Angliæ XXXVII annis semper cum labore.

Edmundus, juvenum fortissimus, regnavit uno anno, et proditione occius est.

Cnut, omnium prædecessorum suorum maximus, regnavit gloriose XX annis.

Haroldus, filius ejus, regnavit IV annis et XVI hebdomadibus.

Hardecnut munificus regnavit, Cnut filius. Quum regnasset II annis, X diebus minus, morte præreptus est.

Edwardus, rex bonus et pacificus, regnavit in pace XXIV annis.

Haroldus, rex perjurus, I anno et tamen non pleno, quem patria perdidit injustitia.

Willelmus, omnium prædictorum summus, XXI annis glorifice splenduit; de quo dictum est:

Cæsariem, Cæsar, tibi si natura negavit,
Hanc, Willelme, tibi stella cometa dedit.

Vide igitur, lector, et perpende, quanta nomina quæ cito ad nihilum devenerunt. Attende, quæso, et stude, quum nihil hic duret, ut acquiras tibi regnum et substantiam illam, quæ non deficiet: nomen illud et honorem qui non pertransiet: monumentum illud et claritatem quæ nullis seculis veterascet. Hoc præmeditari summæ prudentiæ est; acquirere, summæ calliditatis; adipisci, summæ felicitatis.

Kaerlegion est ubi Usca cadit in salinum.

De laude Britanniæ sic quidam scripsit;

Testes Londoniæ ratibus: Wintonia Baccho
Hereforda grege; Wirecestria fruge redundams;
Batha lacu; Salebira feris; Cantuaria pisce;

Eboracum silvis; Excestria clara metallis.
Norwicus Dacis, Hibernis Cestria, Gallis
Cicestrum, Norwageniis Dunelma propinquans.
Testis Lincolnæ gens infinita decore
Testis Ely formosa situ, Rovecestria visu.

Quatuor autem sunt quæ mira videntur in Anglia.

Primum quod ventus egreditur a cavernis terræ, in monte qui vocatur Pir, tanto vigore, ut vestes injectas repellat, et in altum elevatas procul ejiciat.

Secundum est apud STANHENGES, ubi lapides miræ magnitudinis in modis portarum elevati sunt: nec potest excogitari, qua arte tanti lapides adeo in altum elevati sint.

Tertium est apud Chedrehole, ubi multi ingressi, quum magna spatia terræ et flumina pertransiissent, nunquam tamen ad finem pervenerunt.

Quartum est, quod in quibusdam partibus pluvia videtur elevari de montibus, et sine mora per campos diffundi.

Philippus cum Philippo filio regnavit annis VII. Hic primus imperator Christianus fuit.

Aurelianus imperator quum Christianos persequeretur, fulmen ante eum cum magno horrore circumstantium ruit, et paulo post a militibus occiditur. Iste primus Romanorum diadema sumpsit, gemmisque et aurata omni veste usus est.

Diocletianus contra Romanam dignitatem adorari se jussit, quum ante eum cæteri salutarentur. Gemmas vestibus, calceamentisque indidit.

Constantinus, mundatus a lepra, fecit Romæ, ubi baptizatus est, basilicam Joannis Baptistæ, quæ vocatur Constantina: item basilicam Petro et Paulo in templo Apollinis, corpus utriusque æreo cippo circumdans, quinque pedes in grosso.

Tam magna pestis orta est in Britannia post tempus illud quo Britones Ætio ter consuli epistolam direxerunt, quod in brevi tantam multitudinem stravit, exigentibus peccatis eorum, ut ne sepeliendis quidem mortuis vivi sufficerent.

Sanctus Germanus Autissiodorensis episcopus indixit exercitui Britonum, quum quodam in loco bellum essent inituri cum Saxonibus et Pictis, ut summa voce omnes exclamarent *Hallelulah!* et ita factum est ut totus exercitus barbarorum timore horribili perterritus prorsus diffugerit.

Quinto anno Kenrici obscuratus est sol a mane usque ad tertiam, mense Martio. Septimo vero anno regni ejus obscuratus est sol a tertia pene usque ad nonam, ita ut stellæ apparerent duodecimo Kal. Julii.

Chelrico regnante super Westsexa, et Ethelberto super Northumbria, et Wibba super Mercia, conversi sunt rex Ethelbertus Cantiæ et populus Cantiensis ad fidem Christi

Circa XXIIIum annum regni Kenwalh regis Westsexæ, obscuratus est sol tertio die Maii; quod signum pestilentia gravissima tam in Britannia quam in Hibernia prosecuuta est.

Post Kenwalh regnavit Sexburga uxor ejus uno anno. Præcedente autem anno, fuit maxima pugna volucrum in Anglia. Quod ut credibilius videatur, hoc etiam nostro tempore contigit in Normannia palam apud Rotomagum, regnante rege Henrico primo Anglorum Normannico.

Tempore regis Kentwini, anno tertio regni ejus, cometa per tres menses apparuit, et uno quoque mane velut sol resplenduit.

Fecit autem inter alia beatus Papa Gregorius super corpora apostolorum Petri et Pauli missas celebrari. In ipsa vero missarum celebratione tria verba maxime adjecit: *Diesque nostros, &c.*

Circa tempus disputationis Colmanni de Pascha, eclipsis solis die tertio Maii, hora tertia diei, facta est.

Tempore quo Ethelfridus rex Merciorum Cantiam vastavit, cometa apparuit tribus mensibus mane.

Baptizante Wilfrido episcopo Australes Saxones, ipsa die imber affluxit qui tribus annis cessaverat, unde fames acerrima plebem prostraverat. Denique ferunt quia sæpe XL simul aut L homines, inedia macerati, procederent ad præcipitium aliquod sive ripam maris, et junctis misere manibus, pariter omnes, aut ruina perituri, aut fluctibus absorbendi, deciderent. Sed baptismate simul et pluvia adveniente refloruit terra; rediit viridantibus arvis annus lætus et frugifer: sic et cor omnium et caro omnium exultaverunt in Deum vivum.

Ethelhardi regis anno tertio apparuerunt duæ cometæ circa solem terribiles, una quippe solem præcedebat Orientem, alia sequebatur occidentem, quæ Orienti simul et Occidenti diræ cladis præsagæ, vel certe una diei altera noctis præcurrebat exortum, ut utroque tempore mala mortalibus imminere signarent. Portabant autem faciem ignis contra Aquilonem, apparebantque mense Januario, et duabus ferme septimanis permanebant. Quo tempore gravissima Saracenorum lues Gallias et Hispanias late misera cæde vastabat; et ipsi non multo post in eadem provincia dignas suæ perfidiæ pœnas luebant.

Tempore Ethelbaldi regis Mercensis sol obscuratus est.

Beda igitur presbyter monasterii quod est ad Weremutham et Ingirvium a Benedicto abbate ejusdem loci ac deinde Ceolfrido educatus et eruditus, semper scripturis studuit. Reliquit autem mundum sexagesimo secundo anno ætatis suæ, senex annis et sapientia, et plenus dierum non in vano consumptorum, quod apparet in operum suorum numero. Scripsit ergo, A principio Genesios usque ad nativitatem Isaac libros tres: De tabernaculo et vasis ejus et vestibus libros tres: In primam partem Samuelis usque ad mortem Saulis, quatuor: De edificatione templi, allegorice, duos: De libris regum, librum triginta quæstionum; In Proverbia Salomonis, tres: In Cantica Canticorum, sex: In Esdram et Nehemiam, tres: In Canticum Habacuc unum: In librum Tobiæ, unum; Capitula quoque lectionum Veteris Testamenti; In Evangelium Marci quatuor; In Lucæ, sex; Homiliarum Evangelii, duos; In Apostolum quæcunque in opusculis Augustini invenit, cuncta per ordinem tamen scripsit; In Actus Apostolorum, duos; In VII Epistolas Canonicas, libros totidem; In Apocalypsin, libros tres: item Capitula lectionum in totum Novum Testamentum, excepto Evangelio; item librum Epistolarum ad diversos; item de Historiis Sanctorum; item de Vita Sancti Cuthberti, primum heroice, postea plano sermone; item de vita Abbatum monasterii sui; item Martyrologium; item librum Hymnorum; item librum De Temporibus: item librum de Metrica arte; et Historiam Ecclesiasticam Anglorum, in libris quinque, in qua pie perorat ut apud omnes legentes fructum intercessionis inveniat. Amen!

De statu autem Britanniæ in suo tepore ita idem Beda ait, In præsenti Cantuariensis Archiepiscopus est Tatwinus: Roffensis episcopus Aldwulfus: Londoniensis Igualdus: Super Orientales vero Anglos sunt Edbertus et Hedhelacus Episcopi: Super Mercia est Alwinus episcopus:

Super gentem, quæ ad occidentem Sabrinæ amnis habitat, est Walostat episcopus: In provincia Liadisfarorum Cynebertus. Vecta insula ad Danielem episcopum Ventæ pertinet: et provincia Australium Saxonum jam aliquot annis sine episcopo eundem incolit.

Sub rege vero Ceolwulfo sunt quatuor episcopi: Wilfridus Eboracensis, Ethelwaldus Lindisfarnensis, Acca Hagustaldensis, Witelmus in Candida casa, quæ nuper pontificata psum primum habet antistitem.

Rex vero Kent est Edbertus: rex Westsexæ Ethelredus: rex Estanglorum, Selredus: rex Northumbriæ Ceolwulfus: rex Merciæ Ethelbaldus maximus omnium; anno adventus Anglorum circiter ducentesimo octuagesimo octavo: Anno Dominicæ incarnationis septingentesimo trigesimo quarto, in cujus regno perpetuo exultet terra et congratulante in fide ejus Britannia, lætentur insulæ multæ et confiteantur memoriæ sanctitatis ejus.

Beda in prologo Ecclesiasticæ Historiæ: Vera lex historiæ est, simpliciter id quod fama vulgante colligitur, scribendo posteris notificare.

Ceolwulfus rex nobilissimus Northumbriæ nobilissime fecit. Quum enim viventi Bedæ sæpe colloqueretur, et sæpe ante mortem ejus et post mortem historiam ejus ad se scriptam oculis adhiberet cœpit diligenter singulorum facta et finem secum discutere. Viditque luce clarius regna terrena et res humanas cum labore perquiri, cum timore possideri, cum dolore amitti. Quum ergo parvo spatio, i. e. octo annis, regnasset, reliquum saltem vitæ suæ, non erroneæ stultitiæ, sed sapientiæ et utilitati propriæ dicare certavit. Exemplumque assumens ex historia beati viri prædicta, sex reges fortissimos vere fortissimus prosequitur: scilicet regem Ethelredum Merciæ, et Kenredum successorem ejus,

necnon Cedwallam regem Westsexæ et Inam successorem ejus ; sed et Sebertum regem Estanglorum, qui monachus effectus est, quem postea Penda occidit, et Sebbi regem Estsexæ, qui monachus effectus diem jocundum mortis suæ prævidit, vidit et gavisus est. Complevit igitur Ceolwulfus hebdomadam regum perfectorum et habitu monachali suscepto, capiti ejus corona de lapide pretioso imposita est a Domino.

Anno quo mortuus est Wilfridus, qui fuèrat episcopus XXX annis apud Eboracum, visum est signum mirabile in cœlo. Stellæ namque hac et illac discurrebant per aera, quod omnibus intuentibus magno fuit monstro.

Offa, rex Merciæ, vir religiosus fuit. Transtulit namque sancti Albani ossa in monasterium, quod construxerat multisque modis ditaverat. Dedit vicario beati Petri Romanæ urbis Pontifici reditum statutum de singulis domibus regni sui in eternum.

Edbertus, rex Northumbriæ, videns Ceolwulf prædecessoris sui vitam laudabilem, et finem gloriosum, meliorem partem elegit, quæ non auferetur ab eo. Regno namque relicto tonsuram capitis eternum diadema genituram suscepit, furvasque vestes æthereum splendorem collaturas induit. Iste est octavus regum illorum qui regna sua pro Christo sponte dimiserunt : immo, ut verius dicam, pro eterno regno commutaverunt. Quibus octo beatitudinum jocunditas perennis multiplici delectamento ineffabiliter jocundata. Quorum strenuitatem imitari bonorum est.

Anno quo electus est Ethelredus filius Mol in regem Northumbrorum, visa fuerunt in cœlo rubea signa post occasum solis, et horrendi serpentes visi sunt in Suthsexæ cum magna admiratione.

Anno gratiæ DCCLXXXVI apparuit signum crucis in vestibus, quod dictu et auditu seculis omnibus videri potest

mirabile. Factum igitur fuit ad demonstrationem motionis Hierosolymitanæ cum crucibus assumptis, quæ facta est post CCC et XI annos tempore junioris Willelmi. An potius factum est ad correctionem gentium, ne plagam Dacorum, quæ proxime sequuta est, correcti proferrent. Nos autem temere nihil definimus, sed Dei secreta Deo relinquimus.

Brictrici regis anno decimo visi sunt flammei dracones volantes per aera, quod signum duæ pestes sequutæ sunt: prius maxima fames: postea gens pagana a Norwegia et Dacia veniens, quæ prius gentem Northumbrensem misere afflixit, et post in Lindisfarnensi provincia ecclesias cum habitantibus horribiliter exterminavit, idibus Januarii.

Brictrici regis anno quarto decimo, Romani amputaverunt linguam beato Leoni Papæ et oculos sibi eruerunt; eumque a sede sua fugaverunt: sed ipse, ut Scriptura tradit, per Dei misericordiam iterum videri et loqui potuit, rursusque Papa effectus est.

Secundo anno regis Ethelwulfi exercitus paganorum perrexit per Orientales partes Angliæ, scilicet per Lindeseiam et Estangliam et Cantiam, gentique innumeræ vitam ferro rapuerunt.

Sextodecimo anno Ethelwulfi, Ethelbaldus filius ejus et ipse, congregatis omnibus copiis, pugnaverunt cum maximo exercitu, qui CCCL navibus appulerant ad Tamesemutham, urbesque præclarissimas et multis inclytas annis, scilicet Londoniam et Cantuariam, fregerunt. Concessit igitur Deus victoriam belli se credentibus et inenarrabilem contritionem se contemnentibus. Rex itaque Ethelwulfus victor clarissimus extitit. Hoc anno primus paganorum exercitus per totam hyemem in hac patria conversatus est apud Thanet.

Ethelwulfus nono decimo anno regni sui totam terram suam ad opus ecclesiarum decimavit propter amorem Dei

et redemptionem sui. Postea vero cum magno honore Romam perrexit, et ibi uno anno conversatus est. Et inde rediens filiam Caroli Calvi regis Franciæ assumpsit in uxorem, et eam secum in hanc patriam adduxit. Et quum duobus annis eam tenuisset, hominibus ademptus est et sepultus apud Wincestre. Hic primum fuerat episcopus apud Wincestre, sed Egberto patre suo defuncto, necessitate cogente factus est rex, et uxore ducta, quatuor filios genuit: qui omnes post eum reges fuerunt. Circa hoc tempus pagani perendinaverunt tota hieme apud Sepeige.

Quinto anno regis Alfredi, fratris Ethelredi, qui fuit filius Ethelwulfi, Rollo cum suis Normanniam venit.

Alfredi regis anno septimo, Daci omne regnum a Boreali parte Thamesis obtinuerunt. Regnavit rex Haldene in Northumbria et frater Haldene in Estanglia.

Quatuor reges regnaverunt in Mercia et Londonia et Estsexa. Regi autem Alfredo non remansit nisi terra ultra Tamesin.

Octavo anno Alfredi regis obscuratus est sol.

Tertio decimo anno Edwardi regis luna valde obscurata est et magno fuit horrori videntibus. Tertio anno ab hoc apparuit cometa.

Est autem palus Eliensis latissima et visu decora, multis fluviis decurrentibus irrigata, multis lacubus magnis et parvis depicta, multis etiam silvis et insulis florida. Intra quam sunt ecclesia Eliensis, Abbatia Rameseiensis, Abbatia Katerich, Abbatia Torneiæ, Abbatia Crulandiæ. Sed juxta eam sunt Abbatia Burgensis, Abbatia Spallinge, Ecclesia Sancti Ivonis super Usum fluvium Huntingdonæ, Ecclesia sancti Ægidii super Grantam fluvium Cantabrigiæ, Ecclesia sanctæ Trinitatis in Thetforda.

Edwardus, filius Edgari regis, qui dicitur Sanctus, regnavit pro patre suo. Cujus regni principio apparuit cometa, signum scilicet maximæ famis quæ in anno sequenti sequuta est.

Ethelredi regis anno tertio decimo primum statuerunt Angli, consilio infausto Sirichi archiepiscopi, quod ipsi Dacis censum persolverent, quatinus a rapinis et cæde cessarent, et dederunt decem millia librarum. Hoc autem malum usque in hodiernum diem duravit, et diu, nisi pietas Dei subveniat, durabit. Regibus namque nostris modo persolvimus ex consuetudine, quod Dacis persolvebatur ex ineffabili terrore.

Post proditionem et occisionem quam rex Ethelredus fecit de Danis, tanta desolatio famis Britanniam invasit quantæ nullus hominum meminisse potuit.

Post hoc tempus non longe mare ascendens solito superius villas cum populo submersit innumero.

INDEX

TO THE

PRINCIPAL EVENTS AND PROPER NAMES

IN

HENRY OF SILGRAVE'S CHRONICLE.

—

Adrian, abbat, 15.

Alfred, or Alfrid, ninth king of Northumberland, 29.

Alfred, seventeenth king of Northumberland, 30.

ALFRED THE GREAT, king of Wessex, anointed by Pope Leo; fights nine years with the Danes; flees to Athelney, 44. sees a vision of St Cuthbert, 45. conquers the Danes and causes their king Guthrum to be baptized; institutes laws and reforms the government, 46.

Alfwold, nineteenth king of Northumberland, 30.

Alric, fourteenth king of Kent, 17.

Angles, first come into Britain, 9.

Anlaf, Danish king of Northumberland, 50. 51.

Anna, seventh king of East-Anglia, 32.

Augustine, first English bishop, 11.

Aurelius Ambrosius, 12.

Bath, a bishop's see, 18.

Bealdeag, son of Woden, 10.

Becket, Thomas à, archbishop of Canterbury, his history, 92. 93.

Bernwolf, sixteenth king of Mercia, 26.

Bertha, wife of Ethelbert, 13.

Bertric, eighteenth king of Wessex 20.

Bertulf, nineteenth king of Mercia, 26.

Biorn, twelfth king of East Anglia, 33.

Burthred, or Burrhed, twentieth king of Mercia, 26.

Canterbury, the metropolitan see, 11.

Canute, king of Denmark, 63. by the death of Edmund Ironside becomes king of all England, 64. subdues Scotland and Norway, 65.

Casere, son of Woden, 10.

Ceadwalla, twelfth king of Wessex, 20.

Ceaulin, third king of Wessex, 18.

Celred, ninth king of Mercia, 23.
Celred, thirteenth king of Essex, 35.
Celric, fourth king of Wessex, 19.
Celwulf, fifth king of Wessex, 19.
Ceolwolf, thirteenth king of Northumberland, 29.
Ceolwulf, fifteenth king of Mercia, 26.
Cerdic, first king of Wessex, 18.
Chester, a bishop's see, 22.
Crediton, a bishop's see, 18
Cridda, first king of Mercia, 22.
Cuthred, fifteenth king of Wessex, 20.
Deusdedit, archbishop of Canterbury, 15.
Dunstan, St, his disputes with king Edwy, 54. his death, 61.
Eadbald, sixth king of Kent, 14.
Eadbert, thirteenth king of Kent, 17.
Eadbert Pren, fifteenth king of Kent, 17.
Eadulf, tenth king of East Anglia, 33.
East-Anglia, united to Wessex by king Edward the Elder, 33.
Edberg, a female saint, 16.
Edburga, a profligate princess, daughter of Offa and wife of Bertric king of Wessex, 41. her conduct before Charlemagne, 42.
Edgar, son of Edmund, king of England, 55. compels the kings of Scotland and Wales to do homage to him, 55. his reprimand to Kenneth king of Scotland, 56. slays Earl Ethelwold; abstracts a nun from a convent, 57. is deceived by a lady at Andover, and marries a female servant instead of her daughter; marries Elfrida, daughter of Ordgar, duke of Devonshire, 57.
Edmund, St, fifteenth king of East Anglia, slain by Inguar the Dane, 33.
Edmund, brother of Ethelstan, killed by a robber at a banquet, 53.
Edmund Ironside, his contests with Canute, 63.
Edred, king of England, third son of Edward, 53. 54.
Edric, tenth king of Kent, 16.
Edward the Elder, son of Alfred, repairs the ruined cities; his sons and daughters, 48. excommunicated by the pope. and absolved, 49.
Edward the Martyr, made king of England by Dunstan, murdered by his stepmother, 59.
Edward the Confessor, son of Ethelred, raised to the throne of England, 67.
Edward I, succeeds his father Henry III on the throne of England, 106.
Edwin, fifth king of Northumberland, 28.
Edwy, king of England; his disputes with Dunstan, 54.
Egbert, eighth king of Kent, 15.
Egbert, nineteenth king of Wessex, 20.
Egbert, twelfth king of Mercia, 25.
Egbert, fourteenth king of Northumberland, 30.

Celred, ninth king of Mercia, 23.
Celred, thirteenth king of Essex, 35.
Celric, fourth king of Wessex, 19.
Celwulf, fifth king of Wessex, 19.
Ceolwolf, thirteenth king of Northumberland, 29.
Ceolwulf, fifteenth king of Mercia, 26.
Cerdic, first king of Wessex, 18.
Chester, a bishop's see, 22.
Crediton, a bishop's see, 18
Cridda, first king of Mercia, 22.
Cuthred, fifteenth king of Wessex, 20.
Deusdedit, archbishop of Canterbury, 15.
Dunstan, St, his disputes with king Edwy, 54. his death, 61.
Eadbald, sixth king of Kent, 14.
Eadbert, thirteenth king of Kent, 17.
Eadbert Pren, fifteenth king of Kent, 17.
Eadulf, tenth king of East Anglia, 33.
East-Anglia, united to Wessex by king Edward the Elder, 33.
Edberg, a female saint, 16.
Edburga, a profligate princess, daughter of Offa and wife of Bertric king of Wessex, 41. her conduct before Charlemagne, 42.
Edgar, son of Edmund, king of England, 55. compels the kings of Scotland and Wales to do homage to him, 55. his reprimand to Kenneth king of Scotland, 56. slays Earl Ethelwold; abstracts a nun from a convent, 57. is deceived by a lady at Andover, and marries a female servant instead of her daughter; marries Elfrida, daughter of Ordgar, duke of Devonshire, 57.
Edmund, St, fifteenth king of East Anglia, slain by Inguar the Dane, 33.
Edmund, brother of Ethelstan, killed by a robber at a banquet, 53.
Edmund Ironside, his contests with Canute, 63.
Edred, king of England, third son of Edward, 53. 54.
Edric, tenth king of Kent, 16.
Edward the Elder, son of Alfred, repairs the ruined cities; his sons and daughters, 48. excommunicated by the pope. and absolved, 49.
Edward the Martyr, made king of England by Dunstan, murdered by his stepmother, 59.
Edward the Confessor, son of Ethelred, raised to the throne of England, 67.
Edward I, succeeds his father Henry III on the throne of England, 106.
Edwin, fifth king of Northumberland, 28.
Edwy, king of England; his disputes with Dunstan, 54.
Egbert, eighth king of Kent, 15.
Egbert, nineteenth king of Wessex, 20.
Egbert, twelfth king of Mercia, 25.
Egbert, fourteenth king of Northumberland, 30.

Egbert, an exile in Mercia, and afterwards in France; gains the crown of Wessex; subdues the Britons in Wales and Cornwall; defeats Bernwolf king of Mercia, 38. reduces all the seven kingdoms to acknowledge him as their superior lord, 39.
Egfrid, eighth king of Northumberland, 29.
Egric, sixth king of East Anglia, 32.
Eldad, British bishop of Gloucester, 12.
Ella, first king of Sussex, 35.
Elle, second king of Northumberland, 27.
Elphege, archbishop of Canterbury, murdered by the Danes, 62.
Emma, married first to Edmund Ironside, and afterwards to Canute, 64.
Eorpwald, fourth king of East Anglia, 32.
Eosa, third king of Kent, 12.
Erconbert, seventh king of Kent, 14.
Escwin, tenth king of Wessex, 20.
Ethelbald, tenth king of Mercia, 24.
Ethelbald, son of Ethelwolf king of Wessex, 42.
Ethelbert, fifth king of Kent, 11.
Ethelhert, marries Bertha, 13.
Ethelbert, twelfth king of Kent, 17.
Ethelbert, eighteenth king of Northumberland, 30.
Ethelbert, alias Ethelred, twenty-first king of Northumberland, 30.
Ethelbert, fourteenth king of East Anglia; slain by Offa king of Mercia, 33.
Ethelbert, king, first of Kent, then of Wessex, 43.
Etheldred, thirteenth king of East Anglia, 33.
Ethelhard, fourteenth king of Wessex, 20.
Ethelhere, eighth king of East Anglia, 33.
Ethelred, seventh king of Mercia, 23.
Ethelred, king of Wessex, 44.
Ethelred, son of Edgar and Elfleda; made king after the murder of Edward the Martyr, 60. causes Anelaf the Danish king to be baptized, 61.
Ethelric, third king of Northumberland, 28.
Ethelfrid, fourth king of Northumberland, 28.
Ethelstan, son of Edward the Elder, king of England, defeats Llewellin king of Wales, 50.
Ethelstan, bishop of Sherborne, 40.
Ethelwald, ninth king of East Anglia, 33.
Ethelwold, eleventh king of East Anglia, 33.
Ethelwald, third king of Sussex, baptized by Wilfrid, 36.
Ethelwolf, son of Egbert king of Wessex, assists Burrhed king of Mercia against the Britons, 40.
Freadey [Friday] 9.
Godwin, earl of Kent, 66.

Gunhilda, sister of Hardecanute, married to Henry the Emperor, 67.
Gurtram, or Guthrum, the Dane, sixteenth king of East Anglia, 33.
Hengist, first king of Kent, 11.
Heptarchy, kingdoms of the, 10.
Hors, brother of Hengist, 11.
Harold the Dane, son and successor of Canute, 65.
Hardecanute succeeds Harold I on the throne of England, 66.
Harold, earl of Wessex, 68. goes to Normandy, is taken prisoner and given up to William duke of Normandy, who, after exacting homage and an oath from him, sends him back to England, 70. raised to the throne after the death of Edward the Confessor, 71.
Henry I, third son of William the Conqueror, his reign, 84—89.
Henry II, grandson of Henry I, by his daughter Matilda, his reign, 91—93.
Henry III, son and successor of king John, his reign, 101—106.
Ida first king of Northumberland, 27.
Ine, or Ina, thirteenth king of Wessex, 20.
John, younger brother of Richard, his reign, 97—101.
Judith, second wife of Ethelwulf, 41, marries Ethelbald, 43.
Jutes, hence the modern Jutland, 9.
Kenelm, fourteenth king of Mercia, 26.
Kenneth, king of Scotland, 55.
Kenred, eighth king of Mercia, 23.
Kenred, eleventh king of Northumberland, 29.
Kenric, second king of Wessex, 18.
Kentwin, eleventh king of Wessex, 20.
Kenulf, thirteenth king of Mercia, 25.
Kenwolf, seventeenth king of Wessex, 20.
Kineglis, sixth king of Wessex, 19.
Kinewald, eighth king of Wessex, 19.
Litchfield, a bishop's see, 22.
Longobardia [Lombardy], 10.
Lothaire, ninth king of Kent, 16.
Ludecan, seventeenth king of Mercia, 26.
Machet, or Macbeth, king of Scotland, deposed and slain by Seward, 68.
Malcolm, king of Scotland, receives a grant of Cumberland, 53.
Malcolm, king of Scotland, 68.
Mildred, a female saint, 16.
Mollo, sixteenth king of Northumberland, 30.
Normandy, dukes of, their origin and succession, 72.
Octa, second king of Kent, 12.
Offa, eleventh king of Mercia, 24.
Offa, twelfth king of Wessex, 35.
Osred, tenth king of Northumberland, 29.

Osred, twentieth king of Northumberland, 30.
Osric II, twelfth king of Northumberland, 29.
Osric the Dane, seventeenth king of East Anglia, 33.
Osulf, fifteenth king of Northumberland, 30.
Oswald, sixth king of Northumberland, 28.
Oswy, seventh king of Northumberland, 29.
Penda, fourth king of Mercia, 22.
Plegmund, archbishop of Canterbury, 49.
Queorl, third king of Mercia, 22.
Quikelm, seventh king of Wessex, 19.
Ramesbury or Sherborne, 17.
Redwald, third king of East Anglia, 31.
Richard I, son and successor of Henry II; his reign, 93—97.
Rollo, first duke of Normandy, 49.
Saxons, 9.
School of the English at Rome, founded by Offa, 41.
Scissa, second king of Sussex, 36.
Sebbi, ninth king of Essex, 35.
Sebert, second king of Essex, 34.
Seinfred, eleventh king of Essex, 35.
Selsey, a bishop's see, 18.
Seward, tenth king of Essex, 35.
Seward, fourth king of Essex, 34.
Seward, earl of Northumberland, 68.
Sexburga, queen of Wessex, 20.
Sexred, third king of Essex, 34.
Sherborne or Ramsbury, 17.
Sichtric, Danish king, of Northumberland, 50.
Sigebert, sixteenth king of Wessex, 20.
Sigebert, fifth king of East Anglia, 32.
Sigebert the Little, fifth king of Essex, 34.
Sigebert, sixth king of Essex; baptized by Finan, 34.
Sighere, eighth king of Essex, 35.
Sledda, first king of Essex, 34.
Stephen, count of Blois, seizes on the crown of England, his reign, 89—91.
Suithelm, seventh king of Essex, 35.
Suithred, fourteenth king of Essex, 35.
Suthred, sixteenth king of Kent, 17.
Swithin, bishop of Winchester, 40.
Swayne, king of Denmark; his ravages in England, 62.
Theodore, archbishop of Canterbury, 15.
Titullus, second king of East Anglia, 31.
Turkill the Dane, 62.
Uffa, first king of East Anglia, 31.

Vortigern, British king; 11. 12.
Vortimer, son of Vortigern, 12.
Weagdeag, son of Woden, 10.
Wedda, fifth king of Mercia, 22.
Wells, a bishop's see, 18.
Wenta, son of Woden, 10.
Wetelgeat, son of Woden, 10.
Wichta, second king of Mercia, 22.
Wichtlaf, eighteenth king of Mercia, 26.
Wichtred, eleventh king of Kent, 16.
Wicta, son of Woden, 10.
Wilgles, son of Woden, 10.
Wilfere, sixth king of Mercia, 22.
Wilfred, bishop at Canterbury, 15.
Wilfrid, baptizes in Sussex, and lays the foundation of the diocese of Selsey, afterwards Chichester, 36.
William, duke of Normandy, son of Rollo; slain, 53.
William the Conqueror; his preparations to invade England, 74. lands at Hastings, battle of Hastings, &c. 75. he obtains the crown of England, 79. buried at Caen, 80.
William Rufus, second son of William the Conqueror; his reign, 81—84.
Woden, and his wife Frea, 9.
Wodensdey [Wednesday] 9.
Yrmenric, fourth king of Kent, 13.

FINIS.

3 2044 036 317 592

James Dearden.

Br 73.2.4

HARVARD COLLEGE
LIBRARY

CONSERVED